- 21 Primus itaque casus est, quando ꝑ cedula ipsa fuit non manu patris, matrisvè, sed aliena conscripta, nulliè testes in eadem subscripti sunt, & illa reperitur penes notarium, qui quidem deinde, & ipse adiecit sua manu in fine annum Domini, Indictionem, & diem, ac etiam illam clausulam: Actum in tali loco, presentibus, &c. quiquè eam reposuit inter suas scripturas, sed non in protocollo aliorum instrumentorum. Hoc sanè casu, schedula hæc non obinet vim testamèti. Sic præcisè post *Bal. Ias. Natam, Angel. Cassaneum, & alios tradidit Claris. vir D. Menoch. de præsumptionib. lib. 4. præsumpt. 7. nu. 2. & consil. suo 42. n. 22. Adde D. Ioseph. Ludovicum, conclus. sua 66. col. 3. in princ. & ex veteribus Paul. de Castro, in d. Auth. Quod sine, in fine comment.*
- 22 Non ꝑ enim satisfactum est legi (subdit ipse Menoch.) quæ requirit, vt parentes ij sua manu scribant, d. Auth. quod sine, ibi: manu propria.
- 23 Nec ꝑ minus Notarius ea de cedula videtur rogatus conficere instrumentum, alioquin eam in suo protocollo, in quo cætera instrumenta describere, atque reponere, consuevit, reposuisset, prout ex multorum sententia animaduertit etiam ipsemet *Menoch. d. cons. 42. nu. 18. Adde Clar. D. Peregrinum, consil. suo 52. n. 14. in 3. vbi docet, quod in casu simili, super quo consuluit, idèo cedula illa testamentaria reposita penes Notarium probat, quia reperiebatur inter sua rogationes, & protocolla sollempnia.*
- 24 An ꝑ autem cedulam ipsam in publicam formam transferre Notarius ipse possit, in presentiarum non discutio, sed videndus idem *D. Ioseph. Ludou. dict. Conclus. 66. colum. tertio, et quarto.*
- 25 De ꝑ materia supradicti primi casus, videndus etiam *Hondedens consil. suo 66. per totum libr. primo, vbi amplè.*
- 26 Secundus ꝑ principalis casus est, quando cedula fuit reuera scripta manu parentum, nullis adhuc adhibitis testibus, & reperitur ea reposita apud Notarium, qui eam suo in protocollo non descripsit, vt cætera instrumenta a se recepta. Hoc itidem casu ex cedula illa nõ probatur perfecta ipsius testatoris voluntas, quod voluerit eadem vim habere testamenti, nec etiam inter ipsos liberos, alioquin ipsamet per notarium in ipso protocollo, tamquam de ea rogatum conficere instrumentum, fuisset redacta. Sic eleganter post Iasonem, Curtium iuniorem, ac alios, tradidit ipsemet *Menoch. d. cons. 42. n. 23. cons. 296. num. 34. & d. præsumpt. 7. numer. 3. Sequenti sunt quoque Claris. Caphal. consil. suo 409. n. 12. in 3. & D. Stephanus Gratianus Discept. sua 235. num. 18.*
- 27 Nota tamen ꝑ eruditissimum *D. Hier. Pantzmann. quest. sua 1. n. 8. cum seqq. lib. 2. contrariam opinionem veriore esse existimasse, quando tamen cedula ipsa à liberis agnoscitur, & tamquam à patre suo conscripta probatur. Cuius, ꝑ quidem sententiæ vt veriori, & æquiori, itante dicta approbatione, & ego lubens subscribo.*
- Tertius principalis adducitur casus, & est, quando ꝑ cedula ipsa nullis pariter adhibitis testibus, fuit aliena manu exarata, ac conscripta, reperitur tamen in domo, & arca ipsius patris, vel matris. Hoc etiam casu, cedula illa vim testamenti inter liberos ipsos minimè obinet. Nec sanè mirum; cum ꝑ enim testes in ipsa minimè subscripti reperiantur, qui affirmare possint ita per patrem, vel matrem ipsam fuisse dispositum, potuit contingere, quod curauerint ipsi schedulā ipsā conscribi, vt ea sub formula testamentum conficerent, & tamen pœnitentia ducti id postea exequuti non sint. Sic præcisè animaduertit post *Bald. Castrensem, Iasonem, Corneum, Gulielmum Benedictum, ac alios, Claris. vir, ac nunquam satis laudatus D. meus Menoch. d. præsumpt. 7. num. 34. Sequutus est etiam in terminis D. Hartman. Hartman. Practic. Forens. libr. 2. Observat. 5. tit. 38. n. 6. & 7.*



- 31 Adde, tanto minus ꝑ cedulam ipsam vim testamenti inter ipsos liberos obtinere posse, cum eadem propria manu ipsius patris, vel matris minimè scripta reperitur, prout necessum esse vidimus, supra in discussione primi casus.
- 32 Iason autem ꝑ in d. *Authent. Quod sine*, numero primo *insine*, declarat hoc esse verum, nisi probaretur, quod talis cedula esset scripta à Notario, vel tertio de mandato ipsius testatoris, quia tunc tenet, quod valeret tamquam testamentum nuncupativum inter liberos, non autem tamquam testamentum in scriptis, & utilitas est secundum eum propter legata relicta extraneis, quæ in testamento nuncupativo imperfecto nil valent, & tamen valent, si esset testamentum patris imperfectum in scriptis, ipsum consulas. Sequitur est *Hartman, dicta Observazione*, 5. numer. 8.
- 33 Quartus principalis casus subiicitur, & est, ꝑ quando cedula ipsa carens adhuc testibus, verè fuit scripta manu patris, vel matris, & reperitur in eadem domo recondita in aliqua ipsius capsula, & recognita fuit à filiis ipsius pro schedula eiusdem patris, vel matris, hoc in casu, etsi in ipsa cedula inscripti, vel subscripti testes minimè sint, attamen ea vim obtinet testamenti inter ipsos liberos. Nec sanè mirum: Equitatis enim convenit, filios observare parentum suorum voluntatem, etsi omni sollemnitate careat, eum sola ipsa veritas inter eos spectanda sit, & frustra hic requiritur tertium presentia, cum satis constet talem extitisse parentum suorum dispositionem. Sic eleganter docuit post plures relatos idem *D. Menoch. d. presumpt. 7. num. 5.* & sequitur est *D. Hartman, dicta Observat.*, 5. numer. 1. Adnectendi sunt etiam *Stephanus Gratian. Discep.*, sua 235. numer. 17. & *Illustris. D. Cardin. Tusch. conclus.*, sua 115. numer. 24 in littera T, vbi infinitos concordantes ambo deducunt.
- 35 Adde, ꝑ quod Communis est sententia Iuriconsultorum, ex testamento inter liberos servandam, ac custodiendam parèrem voluntatè, etiam nullis testibus adhibitis cõscripta, seu comprehensa aliqua cedula. *Text. sunt clarissimi in l. hac cõsultissima §. imperfecto, C. de testamentis, in leg. ultima, C. famil. hetic. & in d. Authent. quod sine, Cod. eod.* Sic etiam fir marunt *Iulius Clarus in d. Testamentum, questione 14. num. 1.* & *Andreas Gaill. inter ceteros*, quos retulit ac sequutus est *Clariss. vir. D. Andr. Fachineus, libr. 4. Iurarum iuris Controuersic. 1. Addendi sunt etiam Natta in d. Auth. quod sine, numer. 37. vbi pulchrè, Pantzman. dicta sua quæst. 1. in primis numeris, vbi latè, D. Mascard. conclusionem sua 1358. numer. 61. cum seq. & Dominus Eberard. Speckham quæst. sua 48. numer. 1. 2. & finali, vbi Hartman. Pistorium, ac alios concordantes deducit, Centuria prima, Ad-das quoque Bernard. Greneum dicta conclus. sua 112. numer. 17. cum seq. vbi plures concordantes deducit. Ioann Koppen, questione sua 45. n. 25. vbi nonnullos alios eiusdem opinionis enumerat, & *Clariss. Dom. Petrum Gilkenum in dic. §. ex imperfecto, numer. 15. & 16.* vbi de pluribus alijs meminit.*
- 36 Nota tamen, ꝑ nonnullos contrariæ quidem sententiæ adhaesisse, inter quos extiterè *Salicet. & Alexander per eundem Menochium relati. Eundem pariter infestatus est D. Iacob. Cuiacius, Consultatione sua 1.* vbi conantur respondere tribus illis iuribus præcedenti numero deductis.
- 37 Sed ꝑ priori opinione uti veriori, ac communiori, minimè recedendum reor, quam etiam sequutus est, & nouissimè defendit, contrarijs quibuscumque omnibus feliciter explosis, *D. Andr. Fachin. præcitato c. 1. et libr. 6. c. 100.* ipsum omnino consulas.
- 38 Extenditur ꝑ hic casus, ut procedat etiam, quando hæc cedula fuisset conscripta manu aliena, sed subscripta manu patris. Sic post *Guld. Papam, Gulielmum Bexedilum,*
- Nattam, ac alios, idem Dom. Menoch. d. presumpt. 7. n. 6.* vbi subdit hoc tamen procedere, dummodo testator legat scriptum ipsum testamentum. Sequutus est, quoque *Speckham d. quæst. 48. nu. 3. et Ioan Koppen. dict. quæst. sua 45. n. 27. cum seq. et ita fuisse in Rota Romana iudicatum anno Domini 1542. testatus est Puteus decis. sua 235. par. 1. et illa decisio est in terminis terminantib.*
- 39 Nec sanè mirum; scripturam enim scribens, dicitur totam ipsam scripturam scripsisse, prout alias de apochalate docuimus supra *libr. 1. quæst. 4. num. 130. cum seqq.* Et in terminis, quod quando scriptura reperitur subscripta manu testatoris, perinde sit, ac si tota, & integra manu eiusdem fuisset scripta, tradidit post infinitos relatos *D. Hieronym. Pantzman. dicta quæst. 1. nu. 5. vbi latè. Sequitur Curtius iunior consil. suo 292. num. 10. vbi tradit scripturam manu testatoris scriptam, vel etiam manu alterius, & per ipsum testatorem subscriptam eodem iure censeri. Adde Crasum in d. §. testamentum, questione 16. num. 4. vbi post plures concordantes adductos subdit, ꝑ idem iuris esse, si adsit subscriptio ipsorum liberorum, propter consensum ipsorum præstitum simul in subscribendo, & latius ut per eum. Sequutus est etiam *Cardin. Tuschus conclus. sua 101. num. 41. in littera T.**
- 41 Quod procedit ꝑ etiam ex mente eiusdem *Crassi, dict. quæst. 16. n. 5.* licet non fuerit talis schedula per testatorem, aut Notarium lecta, & publicata, id quod etiam post infinitos prope relatos docuit, & sequutus est, *D. Pantzman. d. q. 1. n. 7.* & licet ibidem nonnullos contrarium tenentes adducat, ꝑ a priori tamen uti veriori, ac communiori minime recedendum esse subiungit.
- 42 Iure merito autem dixi: ꝑ Dummodo testator legat scriptum ipsum testamentum, quia subscriptio non videtur scripturam confirmare, vbi non probetur à subscribente lectam fuisse, ad tradita post alios per *Dominum Petrum Bimum. consil. suo 204. n. 47. in 3.*
- 44 Sed dubium est, ꝑ an sufficiat generalis subscriptio, videlicet: Ego talis approbo omnia superius scripta, ideo subscripsi, an verò specialis requiratur, ut scribat: Hoc testamentum conditum inter filios approbo?
- 45 In hac quidem difficultate, *Crasus eruditiss. dicta quæst. 16. num. 7. post Alexandrum, Nattam, ac alios* concludit, specialem requiri. Et ibidem attestatur de Comuni. Vide per eum. Sequutus est quoque post *Hartman. Pistorium, ac alios D. Speckham dict. quæst. 48. nu. 4.* vbi subdit, quod licet regulariter sola subscriptio generalis sufficiat, tamen vbi lex pro forma requirit, ut aliquis manu propria scribat, ut sit in dicta *Authent. Quod sine*, tunc semper specialis subscriptio necessaria est, nam alias de facili supponendo vnam scripturam pro alia, potest falsitas committi, quam lex maxime in hæc testamentorum materia valdè habet suspectam, nisi fortè schedula ista alio aliquo argumento, quam tali subscriptione confirmata esset. & latius vide per eundem *Speckham. Consulas quoque Clarum in dict. §. testamentum, quæst. 14. numero quarto* vbi latè.
- 46 Hanc eandem opinionem, ꝑ quod specialis subscriptio requiratur, probauit quoque *D. Ioan. Koppen d. quæst. sua 45. n. 29. cum seq.* vbi vterius docet, quod cum agitur de persona extranei quouis modo beneficiati, ultra dictam specialem subscriptionem, requiritur quoque interuentus duorum testium, ut latius per eum, quem consulas.
- 47 Ampliantur autem hæc omnia, ut eo magis pro cedant quando cedula illa reperta in domo patris, fuit recognita per filios pro testamento ipsius patris, eam exequendo, vel producendo in iudicijs ad eorum commodum, nam tunc absque dubio consequitur vim, & efficaciam voluntatis validæ, & legitimæ, nec vterius potest de eius nullitate, vel inualiditate per filium, qui illa appobauit, opponi, per regulam. Quod semel placuit, de reg. iur. in 6. sic in puncto

- puncto post Castrensem, Parisium, ac alios docuit Clarissim. vir D. Peregrin. decis. sua Patavina 33. numer. 15. & 16. vbi subdit, quod approbatio, quæ nocet producenti, & videnti illa scriptura pro testamento, nocet etiam eius hæredi.
- 48 Et latius vt per eum, sed pulchra ꝑ exoritur hic dubitatio, & est, an eiusmodi scriptura alioquin inualida, & non sollemnis, sed per filios, & descendentes recognita, & approbata, debeat obseruari pro voluntate valida, & efficaci, ad præiudicium descendendum, puta, quia testator fecisset legata, item fideicommissum vniuersale post mortem filiorum, substituendo extraneos, vel agnatos non descendentes à testatore, qui pro extraneis in tali materia reputantur.
- 49 Articulus sanè est dubius, & practicabilis, ꝑ & contigit alias hic Patavij occasione cedulæ testamentariæ quondam Magn. D. Bernardi Buzzachareni. Discussio autem negotio fuit terminatum iudicio Prætorio, cedula illam exequendam esse etiam ad commodum agnatorum substitutorum, quia apparebat de vsu iudiciali, & extraiudiciali illius cedulæ, ac de illius exequutione in quibusdam suis partibus; & ita fuit exequutum, quàmuis in contrarium pluribus, & solidissimis rationibus motus reluctaretur Clarissimus, & numquam satis laudatus vir D. meus M. Antonius Peregr. prout apparet dict. sua Dec. 33. sub nu. 17. vsque in fin.
- 50 Quintus principalis est casus; quando ꝑ cedula ipsa fuit quidem reperta in domo, & arca ipsius patris, vel matris, sed dubitabatur, an eius manu fuerit conscripta, vt quia, alter filiorum negat eam esse manum patris, vel matris scriptam; aut saltem non affirmat, & testes nulli extant subscripti, qui testificari possint de veritate in ipsa contentorum, hoc casu cedula hæc inter filios ipsos vim testamenti non obtinet, donec probetur scriptam fuisse manu eiusdem patris vel matris. Sic eleganter post plures relatos firmavit idem Clariss. D. Menoch. dict. casu 7. num. 7. addo D. Cephal. consil. suo 377. & consil. suo 464. per totum.
- 51 vbi in terminis terminantibus consuluit, cedula ꝑ manu matris scriptam sine testibus, & testium subscriptione, qua inter liberos suam vltimam voluntatem disposuit, eum fideicommissum in descendentes ipsorum filiorum, repertam in domo ipsius matris per dictos filios hæredes institutos, non tamen publicatam, nec in vim publici documenti releuatam, nec minus fuisse scriptam manu ipsius matris comprobatam, sustineri non posse in vim testamenti, & maximè contra filium creditorem, vnus ex ipsis filiis hæredibus institutis, ita quod vigore dicti fideicommissi filius ipse excludatur, & latius vt per eum.
- 52 Demonstrabitur autem schedula ipsa ꝑ scripta manu ipsius patris, matris vè, vel medio comparationis litterarum, vel testibus, vt inferius dicitur. Sic clarè idemmet Menoch. loco iam admonito, & D. Ioseph. Ludou. conclus. sua 66. vers. quæ probatio, cum seq.
- 53 Hoc idem, quod ꝑ scriptura testamenti paterni ex ipsa litterarum comparatione probari possit, & probetur, quamuis alia adminicula non accedant, post infinitos propè relatos tradidit, & sequutus est eruditiss. D. Pantzman. quæst. sua 2. numer. 17. lib. 2. vbi de vera, & communi. Addo Nattam in d. Auth. Quod sine, nu. 15. vbi pulchrè, & Steph. Grat. Disceptat. sua Forens. 235. numer. 20. vbi præcipuè loquitur, quando constat cedula ipsam esse confectam à parentibus.
- 54 Nec sanè mirum: ꝑ circa enim testamenta paterna non tam facile possunt fraudes committi, quemadmodum circa apochas, vel alia huiusmodi, cum soleant à testatoribus post confectioem, sub arcta custodia, & ferretò asservari; prout arguit Alexand. consil. 178. vol. 5. & consil. 114. volum. 7. Alciatus respons. 57. numer. 8. lib. 9. ac alij.
- 55 Obseruandum est tamen, ꝑ nonnullos extare, qui quidem rati sunt, quod de scriptura patris si tamen abnegetur, aliter constare debet, quam per solam litterarum comparationem; & huiusce opinionis extitere nonnulli relati per eundem Pantzmanum dict. quæst. 2. numer. 35. vers. ideoque.
- 56 Verum ꝑ à supradicta communi opinione, haud recedendum opinor, quampluribus rationibus motus, contraria quæque acutissimè refellendo, tutatus est quoque, ac defendit idem D. Pantzman. dict. quæst. 2. sub nu. 37. cum multis seq. ipsum igitur lector consulat.
- 57 Animaduertendum est autem, quod ꝑ isthæc opinio supra tenta, eo magis locum obtinebit, quando alia adminicula vltra ipsam litterarum comparationem, accedent, vt puta si testamentum, siue cedula illa ipsius parentis sigillo fuerit munita, tunc enim intentius de actus complemento constabit, maioremque fidem cedula ipsa faciet, vt pulchrè traditum reliquit subtilis Rinus, consilio 71. num. 9. in 3. vbi subiungit impressionem sigilli priuati eius esse authoritatis, vt eo facilius, & promptius priuata scriptura verificetur. Nec mirum ꝑ quanto enim plura signa, & sollemnia adhibentur, tanto maior, & plenior habetur ratio certitudinis, & veritatis detegendæ, & minor falsitatis suspicandæ. Sequutus est hæc omnia, idem D. Pantzman. d. quæst. 2. nu. 46. & 47.
- 59 Similiter etiam ꝑ magnum adminiculum ipsi comparationi præstabit confessio testatoris, qua aserit scripturam, siue schedulam manu sua esse conscriptam, & in quadam causa reconditam. Sic post infinitos relatos idem D. Pantzman. d. quæst. num. 50. quem omnino consulas, & hoc esse maximi momento adminiculum latè comprobauit, ac docuit Domin. Iason consil. suo 195. vol. 2.
- 60 Pariter tertio loco ipsimet ꝑ comparationi multum suffragabitur, si vltra ipsammet comparationem interceserit depositio testium, deponentium se quidem vidisse, patrem illam scribere; ad tradita in §. si quis igitur, in Auth. de instrumentorum cautela, & fide. Sic eleganter D. Natta in d. Auth. Quod sine, nu. 19. qui videatur, quoniam eleganter discurret. Alias etiam coniecturas colligere poteris ex Rotæ Romana decisionem 124. nu. 4. parte secunda in Nouissimis.
- 61 Nota tamen, quod ꝑ vbi negocium, de quo tractatur, excedit valorem vnus libræ auri, comparationi litterarum non est locus Authent. At si contractus, Cod. de fide instrument. & alias tradidimus supra lib. 2. tit. de apocha manu debitoris, nu. 98. cum seqq.
- 62 Et in puncto, ꝑ quod testamentum in tali casu, per litterarum comparationem comprobari nequeat, post infinitos relatos, docuit præcisè D. Alexand. Ambrosin. decis. sua Perusina 13. num. 32. lib. 5.
- 63 Hæc de primo modo, ꝑ videlicet per litterarum comparationem. De ipsius autem comparationis litterarum materia, satis superq; disceptauimus supra, lib. 2. d. titulo de apocha manu debitoris, num. 25. cum infinitis seqq. ad ibi scripta lectorem beneuolum relego.
- 64 Vestibus pariter ꝑ & sic secundo modo demonstrabitur schedulam illam scriptam manu ipsius patris, matris vè, ad tradita per eundem Dom. Menochium d. presumpt. 7. præcitato num. 7. Sed duæ hic, & congruo loco suburiuntur difficultates.
- 65 Prima quidem est, ꝑ vtrum probetur cedula illa, vt supra, scripta, per testes deponentes se vidisse patrem illam scribere.
- 66 In ꝑ huiusmodi hæsitacione, vti videri potest penes Nattam in dict. Authent. quod sine, num. 13. & 14. & Clarissim. Dom. Peregrin. consil. suo 61. num. 2. & 3. volum. 1. duæ sunt diuersæ Scribentium sententiæ, ac ad inuicem pugnantes.
- 67 Prima quidem extit, ꝑ quod solis ipsis testibus non sit danda

danda plena fides, quia cum deponant de veritate negocij, sed de sola scriptura, facile errare, ac decipi possunt propter similitudinem litterarum, quia si quis possit li-
 68 teras alterius de facili contrahere, vel imitari, prout memoriae proditum est de Tito Vespasiano, qui cum maxima facilitate poterat imitari, ac imitabatur quæcumque chirographa vidisset. Ad tradita per Suetonium, Tranquillum in vita ipsius Titi, ideo secundum eos opus est etiam comparatione litterarum.

69 Altera vero Scribentum extitit opinio, si quod si testes ipsi dicant scripturam illam esse scriptam manu talis, & reddant causam, quia eam viderunt scribi, & de hoc bene recordantur, cum deponant per sensum bene appropriatum acti, de quo agitur, est illis credendum, nec tali casu possunt errare, aut decipi, licet possit subesse deceptio, quando solum adderent causam, quia habent notam litteram, &c. Et huius opinionis extitit post illos relatorum per eundem Natta *D. Cephal. conf. suo 377. num. 46.* & *Illustris. D. Card. Mant. de coniect. lib. 6. tit. 2. nu. 2.* vbi idem iuris subdit, si testes ipsi deponerent se audiuisse patrem ipsum dictare, vel faterentur illam esse suam voluntatem, & latius vt per eum.

70 Natta ipse si eruditissimus, post supradictas Scribentum opiniones relatas, in ea residet sententia, quod testes ipsi non solum debeant deponere patrem scribentem vidisse, sed etiam talia scribentem, vt euitetur deceptio, ibique nonnulla contraria resoluit. Et in hanc eandem & ego ipse sum procliuor. His adde *D. Pantzmannum d. quest. 1. num. 12.* vbi & ipse docet necesse esse quod testes ipsi deponant, si se tum fuisse presentes, cum cedula illa a patre scriberetur, atque eandem vidisse. Ibiq; plures alios concordantes deducit, Quamuis enim (subdit) per

71 duos testes possit probari testamentum parentis inter liberos conditum, id si tamen procedit, si de contentis in eo scientiam habeant. Et aliud est, quando disputatur de veritate rei, vt quando testibus ipsis nota sint contenta in scriptura, & aliud de probatione ipsius scripturae. Et latius vide per eum, nam ibidem multas Scribentum auctoritates in hoc proposito deducit.

Adnectenda quoque sunt quæ tradidit *Dom. Stephanus Gratian.* si *dicta Disceptatione sua 235. numer. 21. cum sequentibus*, vbi vterius docet, quod quamuis in tali in vltima voluntate non sint necessarij testes, tamen hoc est verum, respectu illius actus, non est enim necesse, quod testator coram eis dixerit, illam esse suam vltimam voluntatem, vel quod nominauerit talem hæredem, aut similia, quæ requiruntur in testamentis, in quibus debent testes interuenire, sed bene oportet testes adesse, qui viderint testatorem scribere si negetur scripturam illam manu eiusdem fuisse scriptam; & latius vt per eum. His omnibus adiungas etiam *Carolus Ruinum consil. suo decimo secundo numer. octavo, & nono in tertio.* vbi subdit quoque, quomodo facienda sit comparatio ipsa litterarum, quando in tali casu ad ipsam deuenitur, & latius vt per eum.

74 Altera verò difficultas, quæ subijcitur est, vtrum probetur si cedula illa scripta manu eiusdem patris, per testes deponentes se habere notam manum, & ipsius characterem, ac manum.

Idem Natta eruditiss. in *dict. Authent. Quod sine, num. 12.* huic si difficultati satisfaciendo, opinioni quidem adhæsit negatiua, motus, quia testes ipsi de facili in similitudine litterarum possent errare. Sequutus est post plures relatos *D. Pantzmann. dict. quest. 1. numer. 12.* & *D. Stephan. Gratian. dict. Disceptatione sua 235. num. 22.*

Et isthæc quidem opinio videtur receptissima, & magis si communis, corroboratiq; etiam potest pluribus alijs rationibus, & Scribentum auctoritatibus per nos alias in simili facti specie congestis *supra libr. secundo dict.*

tit. de apocha manu debitoris, numero 203. cum sequentibus.

77 Nota tamen, quod si cum in praxi tales testium depositiones vbique ferè recipiantur, prout animaduerti *d. tit. numer. 225. cum seqq.* ex tali ipsorum depositione in hoc casu cedula ipsa vt manu eiusdem patris scripta, remanebit comprobata.

78 Conferunt mirum in modum scripta per *D. Michaellem Crasum, in dict. § testamentum, quest. 16. in fine, & in specie, si quod talis depositio in testamento ipso inter liberos recipiatur, post alios tradit Gratian. dicta Disceptat. 234. numer. 26. & 27.* vbi quoque subdit Rotam Romanam ita iudicasse coram *Reuer. P. D. Cantuccio in Romana de Mazzochis 9. Martij 1580. quæ est inter decisiones eiusdem Rotæ in Nouiss. decis. 124 parte 2.* Hoc idem quoque firmavit nouissime *Illustris. Dom. Cardin Seraph. decis. sua eiusdem Rotæ 840 numer. 1.*

79 Sextus principalis casus est, si quando cedula ipsa fuit quidem reperta in domo ipsius patris, vel matris, sed non recondita in aliqua eius arca, & dubitatur, an fuerit conscripta eorum manu, nec adsunt testes aliqui subscripti, & contentio non est inter solos ipsos filios, sed inter aliquem ex eis, & extraneum; hoc in casu, *Clariss. vir D. Menoch. d. Presumpt. 7. nu. 8.* ex facto sic interrogatus in hac alma Ciuitate Paduæ, respondit, cedulam ipsam non posse pro testamento ipsius patris, matrisuè accipi. Mouetur

80 inter alia: nam cessat si hoc in casu ratio illa, ob quam simplex parentum cedula testamenti vim obtinet inter liberos, cum hic non sit contentio inter solos filios, sed inter filium, & extraneum; nam iure negare potest extraneus, cedulam esse manu ipsius testatoris scriptam. Negare etiam potest, eam quoad sui præiudicium esse satis sollempnem, sicut fortiori tradunt interpretes nostri, quod quando si pater simili in cedula vna cum filijs suis hæredem facit extraneum, vel ei aliquid legat, sua illa cedula, nil prodest illi extraneo, ex quo caret testibus, cum saltem duo erant adhibendi. Ita *Bal. Corneus, Iason, Castrens. ac alij, quos retulit, ac sequutus est idem Dom. Menoch. dicto nu. 8. addo Michaellem Crasum in § testamentum, quest. 16. num. 8.* vbi pulchrè, vnde &c.

82 Accedit ex eiusdem sententia: nam si quando parentes ipsi recondunt cedulam, vel similes scripturas in arca, significant vtique illas esse sibi caras, easque magis se facere, sicuti è contra, cum schedula recondita non est in arca, sed in aliqua parte domus relicta, pro neglecta, & nullius momenti apud eos habetur, vnde, &c.

Latius prosequitur idem *D. Menochius, qui videatur, & Dom. Steph. Grat. Disceptatione sua Forensi 235. nu. 19.*

83 Septimus principalis casus talis est. si Produciatur cedula in iudicio, quæ quidem manu patris esse conscripta ab vno filiorum, cui fortasse aliquid plus reliquit, fuit per eundem patrem relictum, asseritur, ceteri vero filij, ac fratres respectiuè, de hoc nullum verbum: hoc in casu, an dicti filij tacentes, intelligantur per taciturnitatem illam confiteri, cedulam cum fuisse scriptam per dictum quondam eorum patrem, vt sic pro sollempni testamento inter ipsos liberos valere possit? Maxima est apud nostrates dubitatio.

In huiusmodi difficultate respondeas pro negatiua. si
 84 In præiudicialibus enim tacentem minimè consentire, notissimi iuris est. Ad tradita per *Bart. in l. que dotis. ff. solut. matrim.* Et huius opinionis extitit quoque *D. Natta, in d. Authent. Quod sine, num. 10.* vbi vterius ex sententia Baldi, in *cap. 1. de fide instrument. considerat, quod si scripturam priuatam quis tacendo non videtur recognoscere vt a se scriptam, quia ista signa muta, id est, sine voce non sunt alicuius determinata, & certæ significationis, nisi mutus saltem intercedat, vt notatur in lege item quia ff. de pactis.*

86 Intelligit tamen id, nisi quis interrogatus fuisset in iudicio, & iussus respondere, quia qui non responderet, videtur contumax, & propter contumaciam habetur pro confitente ad *l. atate, §. qui tacuit, ff. de interrogat. action. c. 1. de Confess. in. 6. Sic eleganter idem Natta in dicta Authent. n. 12. qui videatur.*

87 Quidam testator, puta Mænius coram testibus dixit, se testamentum fecisse, prout apparet in quadam schedula sua manu conscripta, quam deposuit penes Sacristam Reverendorum Fratrum Minorum, eo vita functo, profertur dicta cedula per Sacristam, dubitatur modò, an dictum illud Mænij testatoris fidem faciat inter liberos, talem schedulam fuisse eius manu conscriptam, ita ut inter eos observari debeat pro testamento valido.

88 Baldus primus omnium, in *l. captatorias, num. 10. c. de testament. milit.* concludit pro affirmativa. Motus ex eo; nam licet cedula illa tamquam scriptura privata minimè probare, videatur, attamen hoc in casu plenam inducit probationem, quia est approbata in testamento per ipsius testatoris confessionem.

89 Item quia non potest negari scriptura apparens de manu testatoris, quam testator ipsemet suam esse profiteretur, & latius ut per eum.

90 Hanc eandem Baldi sententiam sequutus est quoque *D. Alexander cons. suo 126. nu. 3. in 5.*

91 Contrariæ autem opinioni adhæsisse visus est *Bartol. auriga noster, in leg. si ita scripsere, ff. de conditionib. & demonstrat. vbi in propria questione vult standum esse dictæ cedulæ, quando apparet ipsam testatoris ex legitima litterarum comparatione, vel alijs indicijs, & sic Bartol. ibi sentit, quod dictum solum ipsius testatoris non sufficeret, & cum Bartol. transeunt ibi communiter Scribentes.*

92 Eandem Bart. sententiam insectatus est etiam *Clariss. D. Natta in d. Authent. Quod sine, num. 22. cum tribus sequent.* vbi eandem quoque nonnullis solidissimis rationibus acutissimè comprobatur, ac communit, eum omnino consulat.

93 Huic eadem adhæresere quoque plurimi alij, quos retulit, ac sequutus est eruditiss. *Dom. Hieronymus Pantzman, dict. quest. 2. num. 51.* Et hanc eandem & ego amplector. Vide de materia istius casus *Crassum, in d. §. testamentum, quest. 16. num. final. vbi pulchrè, & Paulum de Castro ex veteribus in Auth. Hoc inter liberos, §. per nuncupationem, n. 3. c. eodem tit. de testament. Adendum quoque *D. Card. Tuscus conclus. sua 115. n. 28. in lit. T.**

94 Notus principalis adducitur casus, & est, quod pater coram duobus, qui est legitimus numerus testium inter liberos dixerit se testari, seu fuisse testatum, pro ut in quadam schedula relicta penes Sacristam Minorum, non tamen addidit scriptam esse sua manu, sicut in questione præcedenti, sed bene dixit, eam esse scriptam manu aliena; hoc in casu, an talis eius voluntas inter ipsos liberos sustineatur, contingit dubitari.

95 In huiusmodi quidem hæsitacione, *Casirens. Socinus senior, Alciatus, Natta, Clarus, & alij relati per Clarissim. D. Menochium cons. suo 313. num. 46.* sentiunt apertè pro affirmativa. Afferunt enim ij, sufficere quod schedula ipsa sit etiam scripta manu alterius, quam ipsius testatoris.

96 Contrarium autem ex professo quod voluerunt infiniti alij, quos reculit, ac sequutus est idem *Domin. Menoch. dict. consilio 313. num. 45.* vbi etiam de communi attestatur. Voluit enim is, quod quando testator asseruit condidisse testamentum relativiè, prout in dicta cedula relicta, debeat hæc relatio carere omni dubitatione, id quod tunc contingit, quando constat schedulam illam fuisse scriptam, vel subscriptam manu propria ipsiusmet testato-

ris; & hoc idem repetijt ipsemet *Menoch. d. cons. num. 188. & cons. suo 339. numer. 23.* vbi late, Adde *Nattam in d. Authent. quod sine, numer. 44.* cum pluribus sequentibus, vbi egregiè firmavit resolutis nonnullis contrarijs, subscriptionem quoque solam ipsius patris hoc casu sufficere.

Amplia tamen, & limita, ut per ipsum, *nu. 48. cum duob. sequentibus.*

97 Ego pro supradictis opinionibus conciliandis, arbitrator ita distinguendum: Aut indubitatè constat ex indicijs, & signis, illam esse cedulam de qua testator sensit, aut non. Primo casu procedit opinio illa *Pauli de Castro, & sequacium. Secundo vero illa D. Menochii* post alios per eum relatos.

98 Et hac distinctionem collegi ex traditis per eundem *Menochium d. cons. 313. n. 47. & 48. in fi.*

99 Nota tamen, quod ut cedula illa in supradicto casu fidem faciat, debet esse bene clausa, & sigillata, alias ipsi non adhiberetur fides, propter suspicionem quæ errori posset, quod qui eam penes se habeat apertam, & dissigillatam, eam mutaverit, vel aliam forsan eius loco substituerit. Sic eleganter idem *Menoch. cons. suo 639. numer. 22. & prius d. consil. suo 313. num. 40.* vbi docuit in simili, quod cedula testamenti apud Notarium per aliquot dies reperiata non breve clausa, non leuem suspicionem falsi præbet.

100 Decimus principalis casus est, quando testator mandat impleri in heredem suum contenta in cedula existente penes Sacristam, vel Guardianum Fratrum Minorum; Hoc in casu dubitari contingit, an dicta testatoris voluntas sit observanda.

101 Et resolutivè procedendo, concludit quod sic, *Paris.* enim sunt in testamento aliquid exprimere specificè, vel

102 per relationem ad aliud. Et ratio est quia tunc videtur nominatim facta expressio. Sic eleganter post infinitos relatos, regulam hæc firmat, atque proponit eruditiss. *Gabriel in suis Conclus. lib. 4. tit. de testamentis, conclusio 11. numer. 1. & 2.* insectus est quoque post plures alios relatos *D. Didacus Rodericus de Cometur. mente defuncti. lib. 3. capit. 2. num. 11.* vbi subdit, quod hæc dispositio captatoria iure dici non potest, cum in eius tertij arbitrium nihil conferatur, sed declaratio tantum, seu demonstratio scripturæ, ad quam se retulit testator, & latius ut per eum.

103 Videndus idem *Gabriel. num. 4.* vbi ampliat hoc etiam procedere quoad institutionem hæredis, quia sufficit illam exprimere per relationem ad aliud.

104 Et licet *sub numer. 5.* quod nonnullos contrarium asseverantes deducunt, prout facit etiam *Didac. dict. cap. 2. numer. 12.*

105 At priori tamen uti veriori, & magis communi, minimè recedendum esse clarè subnequit, Quæ eo magis procedit, teste eodem *Didaco,* quando res illa, ad quam fit relatio, indubitata est, nec controuertitur eam esse, cuius testator meminit.

Huic eadem opinioni tamquam receptiori, post infinitos propè relatos, subscripsit quoque idem *Clariss. D. Menoch. d. consil. 313. nu. 45.* quem consulat.

106 Consulendus quoque idem *Gabriel citata conclusio 11. per totam,* vbi pulchrè, & late de materia. Adde *Simonem de Pretis, de interpretatione vltim. volunt. lib. 2. pag. 172. num. 233. cum seqq. & Clariss. D. Peregrin. consil. 80. num. 5. in 2.*

107 Undecimus principalis casus est, quod numquid si cedula sit scripta aliena manu, in superscriptione autem reperiantur talia verba manu patris conscripta: Hoc est testamentum meum; numquid inquam ex huiusmodi titulo videatur sequens scriptura approbata.

In hac quidem difficultate rem paucis perstringendo, ¶ con-

- 88 ¶ conclusio sit negativa. Sic præcisè sensit etiam *D. Natta in d. Auth. Quod obtinet, num. 53.* vbi in simili considerat doctrinam *Bald. in lege ad testium, §. si quis ex testibus, eod.* dum inquit, quod intitulatio tabellionis, quæ ponitur in principio instrumenti, non habetur pro subscriptione, & latius ut per eum.
- 109 Duodecimus casus subiicitur, & est. Quid si pater cedulæ alienæ continenti eius ultimam voluntatem inter liberos, sigillum suum apposuit, an id sufficiat.
- 110 Natta ¶ eruditiss. in *d. Auth. Quod sine, nu. 54.* cum duobus seqq. post articulum ad partes plenè discussum, concludit pro negativa, motus primò, per textum in dicta Authent. sub illis verbis (non signis.) Item quia ad corroborationem dicti testamenti requiritur scriptura; Contraria autem quæque acutissimè resolvit, ut apud eum videri potest. Ab hac eadem opinione non discessit quodque per supradicta *Clariss. D. Pantzman. dict. quest. sua 1.* vbi infinitos alios concordantes deducit, & eruditissim. *Dom. Ioan. Koppen. q. sua 45. nu. 32. cum duobus sequentibus, vbi Hartman. Pistorium,* ac alios eiusdem sententiæ sectatores enumerat.
- 111 Tertius decimus casus proponitur, & est, ¶ numquid dispositio dictæ Authent. Quod sine, procedat etiam quoad nepotes, & ulteriores.
- 112 Et breuiter ¶ concludit, quod sic: quia eius dispositio est favorabilis. Sic etiam sensit *Natta in dicta Authent. n. fin. vbi eleganter,* & latius in consilio suo 423. ferè per totum, ipsam consulas. Adde *Card. Tuscum conclus. sua 115. numer. 3. in littera T,* vbi docet, quod testamentum dicitur inter patrem, & liberos, licet sit avus testator inter nepotes ex filio in potestate. Adducit *Mazzol. cons. suo 115. num. 20. Sequitur etiam D. Viuius Opinione sua 890. numer. 7. Stephan. Gratianus dicta sua Disceptatione 235. num. 16. vbi latè, ac alij.*
- 113 An ¶ autem locum habeat quoad filios naturales, spurios, adoptiuos, legitimos, spirituales, & alios huiusmodi, in præsentiarum non discutio, sed videndus idem *Natta in d. §. ex imperfecto, sed num. 67. cum infinitis seqq. Clariss. Fachineus, lib. 4. suarum iuris Controuers. cap. 3. D. Gaill. dicta sua Observatione 112. num. 18. cum seq. Tesaur. decis. sua Pedemont. 94. Clarus in d. §. testamentum, questio 12. Dominicus Magdalenus de numero testium capit. 16. numer. 199. cum infinitis sequentibus, & nouissimè Bernardus Graueus Summus Prædicator d. sua conclus. 112. nu. 13. cum seqq. & num. 35. cum multis pariter sequentibus.*
- Videndus quoque ipsemet *Natta in præcitato §. sub nu. 34. cum plurib. seqq.* ¶ vbi an supradicta dispositio prædictæ Authentice. Quod sine, procedat, & locum sibi vendicat in patre cæco, in manifesto vsurario, in damnato ad mortem, in damnato ad perpetuos carceres, in bannito, prodigo, in Iudæo, ac alijs huiusmodi, eleganter discutit, atque declarat.
- 115 Tertius decimus casus proponitur, ¶ & talis est. Producitur cedula priuata, conscripta manu patris in ea aut inæqualiter liberi sunt instituti, Dubicatur modò, an prædicta patris voluntas sit seruanda.
- 116 Tres ¶ in huiusmodi difficultate reperiuntur Scribentium sententiæ; Prima affirmans; Secunda negans; Tertia, distinguendum esse: nam si magna fuerit inæqualitas, nullo modo seruanda erit, sin autem modica, secus erit.
- 117 Videndi ¶ Scribentes omnes, in *d. l. hac consultissima, d. §. ex imperfecto, & præcipuè Natta numero 63. & consil. suo 622. per tot. Alexand. Raudens. decis. Pisana 23. numer. 1. & 2. Ioan. Dauth. in dicta l. Hac consultissima, num. 41. & 42. Illustriss. D. Cardin. Mantica de coniecturis vltim. volunt. lib. 6. tit. 2. numer. 16. cum sequent. Conaru. Gaill. ac alij, quos retulit, ac sequitur est Clariss. vir D. Fachineus lib. 4. suarum iuris controuers. cap. 2. His adde Crassum in §. testamentum, quest. 11. numero 8. vbi pulchre, Gabriel. conclus. sua 6. titul. de testamentis, vbi latè, Dominicus Magdalenus de numero testium cap. 16. a num. 137. vsque ad 166. vbi latissimè Ernestum Cothoman. consil. suo 6. per totum, vbi infinitos pro vtraque partes concordantes deducit, Viuius decis. sua 407. vbi omnium latissimè, ac elegantissimè, Dominicus Bernardus Graueus dicta conclusione sua 112. num. 40. cum seq. vbi Vultenium consil. 29. Valentinum Torsterum ac alios concordantes deducit, & nouissimè Illustr. D. Card. Tuscum conclusione sua 115. num. 92. cum plurib. sequent. in dicta littera T.*
- 118 Fundamenta ¶ omnia, quæ pro omni parte deducuntur, referuntur inter ceteros per dictos Illustr. Mantica, Viuius, & Fachineus præcitatis locis, adducuntur etiam per *D. Petrum Gilkenum in d. §. ex imperfecto, numer. 22. cum seq. & per D. Ioan. Dauth. in d. l. hac consultissima, n. 41. & 42. ad ipsos, ne ex scriptis scripta conficiam, lectorem beneuolum relego.*
- 119 Hoc ¶ vnum dumtaxat minimè prætereundum censeo, & est, affirmatiuam opinionem ceteris alijs probabilior, & communior esse; quam sequuti sunt in specie idem Mantica, & Fachineus post alios ab eo relatos.
- 120 Et in eandem ¶ ego longè sum procliuor, motus ex eo potissimum, quod si in hac specie seruanda esset à parentibus æqualitas inter suos liberos testantibus, æquum sane fuisset legis auctoritatem id exprimere, cum maximi momenti sit, quod nullibi cautum.
- 121 Adde, ¶ quod alioquin hæc inuestigatio, an istud parentis testamentum inter liberos ita conditum seruandum sit, nullam afferat vtilitatem, nam si liberi æqualiter sunt instituendi, nil referre videretur, vtrum seruandum sit, necne testamentum; si enim seruandum sit, æqualiter succedent defuncto parenti: si verò non sit seruandum, similiter ab intestato, æquis partibus vocabuntur, vnde, & c. Hanc eandem affirmatiuam sententiam pulchris alijs medijs exornauit quoque, & sequutus est *Clariss. vir D. Pantzman. dict. quest. 1. num. 34. cum seqq. vbi etiam infinitos concordantes deducit, eum pariter consulas. His adnectèdi sunt etiam Clarus in d. §. testamentum, quest. 14. n. 8. Viuius d. Opinione sua 890. num. 8. vbi innumeros propè coarctuat, Dominicus Graueus d. conclus. 112. num. 5. vbi adducit Cæualos, ac alios, Ioan. Koppen. d. quest. sua 45. numer. 36. cum seqq. vbi infinitos alios concordantes deducit, & Illustriss. D. Cardin. Tuscum conclus. sua 101. num. 42. in littera T. Adungas quoque Dom. Socin. iunior. d. consil. 24. in primis 122 numeris, vol. 3. & videndus per totum, vbi ¶ si pater vult testari inter filios inæqualiter, & quod eius voluntas eo vno non intelligatur, quomodo id agere debeat, omnium elegantissimè docet, ac subiungit; cum omninò consulas.*
- 123 Quintus decimus subiicitur casus, & est, ¶ vtrum testamentum conditum mediante cedula inter liberos imperfectum, & seruari debeat, vbi non sollempnia desunt, sed voluntas quoque imperfecta est.
- 124 Questionis huiusmodi ¶ materia est satis ampla, & intricata, ut patet ex scriptis per *Clariss. D. Pantzman. quest. sua 3. per totam, lib. secundo, & ex Claro in §. testamentum, quest. 9.*
- Non potest autem mea sententia, huiusmodi hæsitatio
- 125 commodè definiri, nisi distinctione adhibita, quæ ¶ tres complectitur Propositiones, siue Conclusiones.
- 126 Primum axioma. ¶ Si testamentum facere per viam cedulæ pater incæperit, & cum hæredibus primis institutis, secundos hæredes cum scribere vellet, morte impeditus non potuerit, videretur potius incæpisse testamentum, facere, quam fecisse; itaque nec primi hæredes obtinebunt hæreditatem. Ita Iabolenus in *l. si is cum ff. de testam. Quamobrem id, quod Constant. scribit in leg. vlt. C. fami. her-*

- heretiscund, sine inceptum, neque impletum sit testamen-
tum, & custodiendam esse potius defuncti voluntatem in-
ter liberos, recte exponitur, accipiendum esse de eo testa-
mento, quod impletum non est quantum ad iuris solle-
mnia; si enim testator morte præuentus illud perficere
non potuisset, aliter ex sententia Iauoleni respondendum
esset. Sic eleganter docuit Clariss. vir D. Fachineus, libr. 4.
suarum ius controuers. cap. 4. Adde Crassum in d. §. testamen-
tum, quæst. 12. num. 2. ubi infinitos concordantes dedu-
cit, & attestatur de communi, & Vniuersi opinione sua
880. num. 2.*
- 127 Secunda propositio. † Si testatoris voluntas cedula
comprehensa imperfecta sit, quia conditiones, quas ad-
scribere volebat, non adscripserit, veluti: Fili hæres esto se-
cundum conditiones infra scriptas, tunc si nulla sit adiecta
conditio, valet nihilominus institutio, & pro pura habe-
tur, ad leg. si testament. C. de institut. & substit. ubi Impera-
tor eo vitur argumento, quod Papianus respondit, Vi-
cos Reipub. relictos, qui proprios fines habebant, non
ideo ex fideicommissio minus deberi, quod testator fines
eorum, & certaminis formam, quod celebrari singulis an-
nis voluit, alia scriptura se declaraturum promisit, ac po-
stea morte præuentus non fecit, vt in leg. cum pater, §. vt.
ff. de leg. 2. Sic præcisè idem Fachineus citat. loco. Adde Cras-
sum, d. quæst. 12. num. 4.
- 128 Sed † huic Conclusioni obstare videtur, quod Mar-
cellus respondit in l. quoties, §. tantumdem. ff. de hered. in-
stit. ubi sic legitur. (Tantumdem Marcellus tractat, & in
eo, qui conditionem destinans inferre, non addidit, nam &
hunc pro non instituto putat.)
- 129 Inter hos textus † difficile esse *ἀπὸ τῆς ἰσότητος*, quæ hacten-
us doctissima exercuit ingenia, meminit Clarissimus vir
D. Fachineus libr. 4. suarum iuris controuers. dict. capit. 4. Li-
cet ego dumtaxat † inter eisdem quandam adesse diuer-
sitate opinatus sim in secunda parte mearum *ἐπιτομῶν*
pov. 601. num. 151. cum duobus seqq.
- Pro ipsorum tamen sedatione, postquam idem D. Fa-
chineus, & Pantzman. arbitrati sunt eisdem adinuicem
pugnare, elaborandum est.
- 131 Accurs. † priori loco, in dicta lege si testamentum,
in versic. puram, varios attulit intellectus, singulos
perpendamus.
- 132 Primus † itaque est, quod in casu dicti §. tantum-
dem, solummodo Marcelli sententia deducitur, quæ
non placet Vlpiano auctori prædicti responsi, & cum
hac eadem opinione videtur post Petrum de Bellaperti-
ca, residere Ioan. Sichardus in dict. leg. si testamentum, in
fine, & post Duarenum idem Clariss. Dom. Fachineus præci-
tato capit. 4.
- 133 Sed iste † primus sensus D. Accursij damnatur, & re-
ctè per Bart. in dict. leg. si testamentum, ante numerum
primum, sub illis verbis. (non placet, quia debemus eui-
tare correctionem.)
- 134 Præterea, † fallum est, quod ibi solummodo Mar-
celli sententia deducatur, quæ non placeat, nam immo Vlpianus
in præcit. §. tantumdem, eandem sequitur, ac amplectitur,
sub illis verbis, (quam sententiam, & ipse, & nos
probamus) vnde, & sic etiam (prout ego opinor) animad-
uertit Imol. in d. §. Tantumdem (sub illis verbis) (tertia verò
opinio, quod hæc sit opinio Marcelli, quæ non est vera,
non videtur, bona, quia hic non reprobatur illa opinio,
sed cum illa transit Iurisconsultus.
- 135 Alter quidem sensus extitit eiusdem D. Accursij, quod
in casu dicti §. Tantumdem, testator destinauerat, & in ani-
mo habuerat inferre conditionem, sed morte præuen-
tus non inseruit, in dict. autem leg. si testamentum, secus
erat, licet pollicitus esset se inserturum, vnde, &c. Et hanc
expositionem vt bonam approbat quoq; Bart. auriga no-
ster, in d. l. si testamentum.
- 136 Sed & hæc opinio damnatur per Castrensem, in dict.
leg. si testamentum, num. 3. dum docet, quod ista solutio vi-
detur esse contra textum illum, sub illis verbis (ac postea
morte præuentus non fecit) vnde, &c.
- 137 Tertius, & vltimus extitit intellectus præfati D. Ac-
kursij, quod in casu dict. leg. si testame ntum, testator dixit.
Hæres esto secundum conditionem, in scriptam, &c. in ca.
su autem dicti, §. tantumdem. Hæres erit secundum condi-
tionem, vnde, &c. & iste quoque non displicuit idem Bar-
tol. Hunc eundem sequi quoque visus est Paul. de Castr. in
d. leg. si testamentum, nu. 3. vers. alia solut. est, ubi talia pro-
tulit verba: (Alia solutio est, quod lex contraria intelliga-
tur, quando apposuit dictionem, (si) vt instituo Titium, si
conditionem infra adscripsero, & tunc si non adscripserit,
vitiatur institutio quia erat conditionalis, & conditio de-
fecit. Aut loquutus est per dictionem (secundum, & tunc
non erit institutio conditionalis, quousq; conditio expri-
meretur, vt in hac lege) ita Castrensis.
- 138 Sed & iste sensus damnatur eadem illa ratione, qua
reprobatus fuit ille D. Angeli allatus infra in quarto lo-
co, ad ibi scripta lectorem beneuolum relego.
- 139 Alios quoque sensus attulit idem Dom. Accurs. in præ-
citato vers. pura. Sed illos tres superscriptos vti potiores,
retulisse sat fit.
- 140 Bart. secundo loco principaliter, in §. tantumdem, di-
stinctione quadam supradicta responsa conciliare stu-
dium: aut enim (inquit) quis destinauit adijcere conditio-
nem, & hoc expressit, quando autem venit ad actum per-
ficiendi testamentum, per errorem illud agere omisit, &
tunc institutio vitiatur, & ita procedit dispositio d. §. tan-
tumdem. Aut vero testator non expressit, se appositurum
conditionem aliquam, tunc cum institutionem faceret,
licet postea, & tunc si omittatur, dispositio non vitiatur,
& ita locum habeat dispositio d. leg. si testamentum, vnde,
&c. Hanc eandem distinctionem sequutus quoque Dom.
Alex. in d. l. si testamentum, num. 4.
- 141 Tertio loco Dinus, prout referunt communiter scri-
bentes, aut manit, quod in casu dict. §. tantumdem, institu-
tus habeatur pro non instituto pure, sed bene censebitur
institutus sub conditione, quam testator expressit, vn-
de, &c.
- 142 Sed isthæc Dini sententia reprobatur per D. Imolam,
ind. §. tantumdem, col. 2. circa medium, ubi vltèrius docet,
quod videtur aliquantulum violare litteram, vide per
eum, vnde, &c.
- 143 Quarto loco D. Ang. dict. leg. si testamentum. quadam
alia distinctione supradicta responsa ad concordiam re-
digere st atuit.
- Aut enim (inquit) testator vsus est verbis conditiona-
libus puta, hæres esto, vel eris, si conditiones adscripsero,
& eis non adscriptis, institutio velut imperfecta, & non
purificata non tenet, vt in d. §. tantumdem.
- 144 Aut est vsus verbis non importantibus conditionem,
vt in exemplo dict. l. si testamentum secundum conditionem,
&c. & tunc, aut dixit se expressurum conditiones in alia
voluntate, & eis non expressis non vitiatur hæc voluntas
perfecta, etiam si morte præuentus non potuerit expri-
mere text. notabilis est in d. l. si testamentum, ibi: (morte
præuentus, sed si dixit se expressurum in eadem; tunc aut
declarauit conditiones, & valet institutio, vt conditiona-
lis, & non vt pura. Aut non declarauit, & tunc si non
declarauit per errorem, dispositio est inutilis tam-
quam erronea, & imperfecta, vt leg. si is, qui, ff. de
testament.
- Si vero, quia penituit apponere conditiones, & valet
institutio tamquam pura, & latius, vt per eum.
- 145 Sed & hæc Angeli distinctio non transit sine difficul-
tate, diuinationis enim morbo laborat in primo mem-
bro, quatenus ibi supponitur, quod in casu dicti §. tantum-
dem,

dem, testator vltus fuerit, verbo illo conditionali, (si) vnde, &c.

Et sic etiam visus est animaduertisse *D. Ias. in d. leg. si testamentum, n. 9. vers. contra istam communem.*

146 Accedit quinto loco principaliter alia distinctio, & est subtilis *Fulgosii in d. l. si testamentum, in fin.* Aut enim (inquit) constat testatorem destinasse inferere conditionem, & per errorem omisissam, aut non distinctione, & errore. Primo casu, constat quam conditionem volebat inferere, sed errore tabellionis omisit, & tunc habetur pro instituto, non pure, sed sub conditione, & ita procedit opinio *Dini*: aut constat, quod voluit inferere conditionem, & errore omisit, nec constat quam conditionem volebat inferere, & tunc non habetur pro instituto argumento *l. triticum, §. l. si ita stipulatus, in princ. ff. de verbor. obligat.* & ita etiam potest intelligi *d. §. tantundem*. Sed aliquando non constat testatorem per errorem omisissam, sicut nec error proponeretur in casu *d. l. si testamentum*, & hoc casu potius presumimus immutata voluntate testatoris, voluisse inferere eas, quam per errorem omisissam, & iste sensus *d. l. si testamentum. Hæc Fulgosius.*

147 Sed & isthæc *Fulgosii* distinctio displicuit *Iasoni in d. l. si testamentum in fin.* vide per eum,

148 Sexto loco *D. Odofredi in d. l. si testamentum, in fine*, duobus alijs modis supradictorum responforum conciliationi inuigilauit.

149 Primus talis est. Si testator instituit secundum conditionem infra scriptam, & adscripsit conditionem, aut fuit in mora scribendi conditionem, quia dudum vixit, non valet testamentum, & sic intelligitur responsum in *dict. §. tantundem*. Aut non fuit in mora scribendi conditionem, quia incontinenti obiit, & tunc valet testamentum, & sic loquitur *dicta lex si testamentum*.

150 Sed iste primus sensus *D. Odofredi*, reiiciendus est; quia nimis insolenter diuinat, nullo enim modo colligi potest absque diuinatione, quod in casu *d. §. tantundem testator*, qui conditionem apponere promiserit, fuerit in mora quoad ipsius appositionem in casu vero *d. l. si testamentum*, secus extiterit, quia incontinenti obieri, vnde, &c.

151 Alter quidem sensus eiusdem *D. Odofredi* subiicitur, & est, sub illis verbis finalibus quæ subiiciuntur. (Differentia constituitur inter tempus futurum, præteritum, & præsens. Si testator dicat, instituo te hæredem secundum conditionem, quæ infra erit, ista censetur conditionalis, quia futurum non est, sed speratur.

152 Aut ita dicit testator: instituo te hæredem secundum conditionem, quæ est infra scripta, vel secundum conditionem, infra scriptam, præterita, & præsentia non pendent, vt *ff. de iust. l. cum in secundo.*) Hæc præcisè *Odofredus*.

Qui quidem vt eius sensum clariorem verbis reddam, hoc in summa voluit inferre.

153 Aut testator fuit vltus verbo præsentis temporis, qui dixit. (Titius hæres esto secundum conditiones infra scriptas) & quia fuit hæres, non vitatur, ideo quod conditiones non fuerint appositæ, & ita procedat responsum in *d. l. si testamentum*.

Aut vero vltus est verbo futuri temporis, quia dixit: (si Titius hæres erit.) & tunc secus, *d. §. tantundem*.

154 Sed isthæc solutio non videtur bona, & damnatur per *Ias. in dict. leg. si testamentum, numer. 9. per l. quoniam indignum, C. de testamentis*, vbi dicit text. non referre, an testator dicat: Hæres esto, an hæres erit, & sic in futurum, vnde, &c.

155 Septimo loco *Clar. D. Salic. in d. l. si testamentum, in fine*, aliter pro conciliatione distinxit. Aut enim (inquit) testator expressit conditionem, & seruat solutionem *Dini*, de qua supra.

Aut conditionem non expressit, & tunc aut deceffit testamento nondum perfecto, & sic fuit morte præuentus, & vitatur institutio: aut deceffit testamento perfecto, & tunc institutio, habetur, pro pura, vt *dict. l. si testamentum*, quasi videatur pænituisse de conditionum appositione. Hæc *Salic.* Hanc eandem insequi quoque visus est *Dec. in eadem l. si testamentum in fin.* Vide per eum.

156 Octauo loco accedit alia distinctio, & est *Pauli de Castr. in d. l. si testamentum, numer. 3.* docet enim is, quod aut testator est pollicitus apponere conditionem, quæ concernit substantiam institutionis, & tunc si morte præuentus non apponet, vitatur institutio, vt in *dict. §. tantundem*, secus si non præuentus morte, vt in *princ. d. leg. si testamentum*.

Aut pollicitus est exprimere demonstrationes, & confinia, quæ non concernunt substantiam legati sed declarationem rei legatæ, & tunc licet postea non exprimat, non vitatur substantia legati, & latius, vt per eum.

157 Sed isthæc *Castrensis*, distinctio optimè confunditur per *D. Alexandr. in d. leg. si testamentum, numer. 1.* vide per eum, non enim ex scriptis scripta conficienda sunt. Hæc alij.

158 Ego autem sequor distinctionem illam traditam per *Bart. supra nu. 140* quam insecutus est etiam omnium latissimè, ac elegantissimè *D. Hieronym. Pantzmann, libr. 2. quæst. sua 3. num. 62. cum seqq.*

159 Placet etiam illa *Domini Salic. relata supra num. 145.*

160 Non displicet quoque tradita per subtilem *Donellum, in d. l. si testamentum, n. 2.* Quem consulas, lat enim est locum indicasse. Et hæc satis.

161 Tertia principalis propositio subnequitur, & est, cum testator scripsit manu propria testamentum inter liberos deinde iussit, vt Notarius vocaretur, & simul etiam testes, quibus præsentibus suam vltimam voluntatem declarare se velle, dixit, antequam vero testes, & Notarius accederent, mortuus est, num valeat ea dispositio Maxima est in iure nostro difficultas, & adeo ambigua, vt *D. Card. Crescent. dum esset Rotæ Romanæ Auditor*, & in casu simili teneretur iudicare, noluerit ob discrepantes *DD.* opiniones pronunciare, prout patet ex *decis. sua 3. alias 164. tit. de testamentis.*

162 Cl. tamen *D. Fachin. lib. 4. suar. iuris controu. c. 4.* post articulum ad partes plenè discussum, vna cum *Excellentissimo D. Cephal. consil. suo 99. in 1.* concludit pro affirmatiua, motus per *textum inter cetera, in leg. vbi. C. famil. hereticæ. sub illis verbis* (quocumque modo scripturæ, quibuscumque verbis, vel iudicijs inueniatur relicta) ibique etiam cuncta, quæ per *Oldrad. cons. suo 119.* & adiectas negatiua opiniones insequentes, in contrarium deduci possunt, ac deducuntur, acutissimè resoluti ipsum consulas, vna cum præfato *D. Cephal. loco iam admonito.*

163 Et huic eidem sententiæ, & ego libens subscribo.

164 Videndi tum de huiusmodi hæsitacionis materia *D. Natta, in d. §. ex imperfecto, qu. 28. vbi latissimè, Antonius Gabriel. priori cornu discurrens, concl. sua 1. per totam, tit. de testam. Philipp. Portius concl. sua 6. lib. 2. D. Gaill. d. obseru. sua 112. numer. 16. Mascard. concl. sua 1358. numer. 75. cum seqq. Illustrifs. Comes D. Alexand. Raudens. decis. sua Pisana 46. per totam, libro 1. & nouissimè, D. Bernardus Grguens d. conclusion. sua 113. num. 33. & 34.*

165 His omnibus adiungas etiam *Michaelem Crassum in §. testamentum, qu. 12. num. fin.* vbi infinitos alios concordantes deducit, & subdit, quod hæc sententia præcipue prior est, & tenenda, quando testator ipse voluit sine scriptis testari, licet intentionis eius fuerit, vt de dicta eius voluntate publicum testamentum conficeretur, adhibitis testibus, & notario, an faciliorem probationem, quod in dubio præsumitur, et latius vt per eum.

166 Adeundus quoque idem *D. Crass. in d. §. testamentum*

- q. 11. num. 2. vbi pro regula quidem tradit testamentum patris inter liberos, licet imperfectum, (quantum tamen attinet ad solemnitates dumtaxat.) propriè testamentum esse cenferi, adeò vt eo non ab intestato, sed ex testamento succedatur, non secus ac ex alio solemnì, & omnibus numeris absoluto testamento, ibique infinitos hoc insequentes deducit.
- 167 Et hæc quidem opinio mihi verior videtur, quidquid subtiliter in contrarium disputauerit Cl. D. Fachineus, d. c. 4. versus fin. quem consulas. Eamdem quoque post plures alios relatos insecutus est Clar. in d. §. testamentum, qu. 13. vbi nonnullas etiam vtilitates huiuscemet hesitationis deducit, quas apud eum perlegito.
- 168 Opinionem, tamen eiusdem Clar. Fachinei, Cephali, ac aliorum tentam supra num. 162. cum seqq. Limita, & coarctata, si ex alijs signis, & indicijs appareret, quod testator ipse non habuisset actum pro professo: puta, quia voluisset differri, donec communicaret cum aliquo amico, vel consanguineo. Sic præcisè post Castrès. animaduertit Natara in d. §. ex imperfecto, num. 147. in fin.
- 169 Vel si dixisset Notario Reuertaris, cras faciam; perche voglio contentar ogn' vno, & similia, prout in casu, de quo consuluit Cardin. Paris. consil. suo 146. nu. 6. cum seqq. in quarto.
- 170 Vel si testator ipse incepisset testamentum condere, sed postea non absoluisset superueniente aliquo impedimento, ad pulchrè congesta per Minsing. obseruat. sua 28. cent. 5.
- 171 Vel si distulisset in aliud tempus, ad latè tradita per Dom. Mascardus dicta conclusione 1358. numero 88. cum sequentib.
- 172 Vel si testator ipsemet, publicata cedula, vel non voluisset omnino, quod per Notarium rogitus fieret: quia si interim moreretur, antequam Notarius veniret, ex quo constat, quod habuerit pro absoluta voluntate, non valet. Sic post Dec. Cardin. Tusch. conclus. sua 101. numer. 17. in littera T.
- 173 Nec sanè mirum; Scriptura enim imperfecta dicitur potius quædam preparatio ad testamentum, quam ipsum testamentum, ad tradita per Clar. Biniuum, consil. suo 277. num. 33. in 3.
- 174 Multis alijs modis cedula ipsa imperfecta remanere potest, qui quidem colliguntur ex scriptis per Dom. Hartman. Hartman. Pract. forens. lib. 2. obseru. 3. per totam, eum consulas.
- 175 Et quibus quidem omnibus satis apertè colligitur. Ludouicum Saccam Parmensem virum alioquin eruditissimum deceptum esse, dum consil. suo 96. conatus est comprobare, testamentum imperfectum testatoris voluntatem mutandi, vel reuocandi legati probare.
- 176 Sextusdecimus principalis casus proponitur, & est, quando plura fuerunt condita testamenta per viam cedularum, inter liberos, nec apparet quod sit posterius, in hoc autem casu in dubio illud magis recipiendū est, quod continet equalitatem. Sic post Paulum de Castr. Parisium, Gabr. ac alios, Illustr. D. Card. Mantie. de coniect. vltim. vol. lib. 6. tit. 2. num. 10.
- 177 Septimusdecimus casus subijcitur, & est, quando testator perfectè suam voluntatem expressit, ac declarauit, & pro expressa habuit: quia voluntatem suam scripsit in scheda, & deposuit in capsula, ac legi fecit, & moritur. Hoc casu, an dicta eius vltima voluntas inter ipsos liberos sustineatur, controuertitur.
- 178 In huiusmodi difficultate, D. Misbael Crassus in d. §. testamentum, q. 12. num. 3. reiecta opinione Saliceti, ac Baldi contrariarum sententiarum, respondit pro affirmatiua, motus ex eo, quod vt testamentum inter liberos valeat, non requiritur quod scripturam faciat testator legi, vel publicari coram Notario, & testibus, quia hoc respicit iuris
- solemnitatem, quæ non attenditur inter liberos, constituto de patris voluntate, & quo quomodo cedula ipsa iustificetur, ibique infinitos hoc idem asseuerantes in concordantiam deducit, vide per eum: Huic eidem sententiæ subscripsit quoque D. Gaill. d. obseruat. 112. num. 14. & 15. vbi pulchrè, & D. Ioseph. Ludou. concl. sua 66. in princip. vbi infinitos alios concordantes deducit, & subdit, hanc quidem conclusionem procedere, dummodo constet illam scripturam fuisse scriptam manu ipsius testatoris, & latius, vt per eum.
- Adnectendus quoque D. Steph. Grat. disceptat. sua 235. num. 14.
- 179 Octauusdecimus casus subijcitur, & est, quando reperitur cedula ipsa testamenti scripta in libro Notarij, nec reperitur in ea scriptum quod fuerit ipsamet lecta coram testibus; Hoc casu an ipsa sustineatur in vim testamenti inter liberos dubitatur.
- 180 Et conclusiue cum Crasso, d. qu. 12. numero quinto post Bald. & Natam, firma regulam pro negatiua, & c. Hanc eandem opinionem post plures alios relatos insecutus est etiam D. Clarus in §. testamentum, q. 14. num. 7. His adiungas P. Ant. Anguissol. lib. secundo, consil. 22. numer. 25. Bernar. Warmser. Practic. forens. libr. 1. tit. 39. obseruat. 5. num. 1. & Illustris. D. Card. Tuscum dict. conclusion. 101. numer. 44.
- Nonusdecimus casus subnectitur, & est, quando testamentum dictatum est à Notario ex ore testatoris, qui quidem decepsit ante ipsius testamenti perfecti tamen, lecturam, hoc in casu, an talis voluntas inter ipsos liberos sustineatur, dubitari contingit.
- 182 Huic quidem difficultati breuiter satisfaciendo concludere pro affirmatiua. Sic post alios Vin. opinione sua 880. num. 4. Adde Gabr. de testament. conclus. 9. num. vndecimo, vbi Ruinum, Iasonem, ac alios concordantes deducit, & Claris. Mascard. dicta concl. 1358. num. 82. & videndus, num. 85. cum seqq. vbi pro regula tradit, quod instrumentum,
- 183 ¶ testamenti minimè præsumitur lectum, & publicatum, nisi id probetur, quod quidem fallit, quando in fine ipsius instrumenti adesset illa clausula (Actum, & c.) Ex quibus quidem verbis perfectio actus colligitur: prout etiam id apertè comprehenditur, ex signo ipsius tabellionis appposito. Et latius, vt per eum.
- 184 Vigésimus quidem casus proponitur, & est, vbi cedula testamentum ipsam esset scriptum per testatorem, vel per alium in cedula testamentaria, nec esset lecta, publicatauè coram ipso testatore, testibus, & Notario. Hoc casu, an testamentum hoc valeat inter ipsos liberos, dubitatur.
- 185 Et rem paucis perstringendo, concludere pro affirmatiua: Sic eleganter post plures relatos D. Vinus d. sua opin. 880. num. 7. vbi de communi. Adde Illustris. Card. Tuscum, concl. sua 101. num. 13. in littera T. & num. 45. & concl. sua 115. num. 16. in eadem littera T.
- 186 Intellige tamen supradictam conclusionem, modo constat de aperta ipsius disponentis voluntate per iustificationem dicte cedule, vel aliquo alio modo.
- 187 Intellige secundo, ac declara, prout facit idem D. Card. Tuscum d. concl. 101. n. 46. quem consulas.
- 188 Primus & vigésimus casus subnectitur, & talis est. Proponitur testamentum factum inter liberos medio cedule, quæ tamè cedula ipsius patris subscriptione minimè munita est, si pater ipse id testamentum a se manu sua scriptum dixerit, duosque testes adhibuerit, an talis eius voluntas valeat, & seruanda sit, dubitatur.
- 189 Et pro affirmatiua concludito. Sic præcisè D. Ant. Fab. in suo C. Fabriano libr. 6. tit. quinto, de testamentis, definit. 2.
- 190 Quid si testator ipse non dixerit, sua manu scriptum quidem esse testamentum illud, & de eo dubitetur? Re-

- respondet idem *Faber* dicto loco, quod sufficit id probari per duos testes.
- 191 Quid rursus, si duo illi testes adhibiti non fuerint, sed tamen pater ipse testamentum sua manuscriptum tabellioni tradiderit ad publicandum.
- 192 Respondet adhuc idem *Faber*, & inquit, quod potest ea traditio equipollere solemnitati adhibendorum duorum testium, ideoque & valebit inter ipsos liberos testamentum illud. Videndus omnino prædictus *Faber*.
- 193 Secundus, & vigesimus casus subijcitur & est, quando producit testamentum alicuius, medio cedula manu propria ipsius scriptum, & subscriptum, nullis tamen adhibitis testibus, in quo quidem testamento instituit nepotem ex fratre suo. Hoc casu, an dictum testamentum ad favorem prædicti nepotis sustineri possit tamquam confectum inter liberos contingit dubitari.
- 194 Et resolutivè procedendo, conclude pro negativa, propter defectum ipsorum testium, & quia tractatur de extranea persona. Sic in puncto *Rota Romana in Nguiff. p. 1. decis. 733. per totam*, ubi omnium latissimè, & elegantissimè dilucitur. De eadem meminit etiam *D. Alexand. Raudens. dec. sua Pisana 23. num. 9.*
- 195 Confert hic mirabiliter, quod tradit *Cl. Eques D. Peregr. cons. suo 136. n. 10. in 5.* quod licet cedula testamentaria manu patris facta valeat inter liberos, non tamen ipsa licet admiscere, & beneficijs afficere extraneos, prout nec etiam in alia ultima voluntate non solemnè valida tamen, inter liberos: nam quoad ipsos extraneos non valet. Casus est secundum ipsum, in *d. S. ex imperfectio, & tradidit etiam cons. 61. numer. 4. in 1.* postquam ibi docuit in hac materia extraneos esse omnes, qui non sunt de liberis, quod testamento inter ipsos liberos privilegiato, non licet substituere vulgariter personam extraneam, item nec pupillariter, & minus per fideicommissum. Et latius, ut per eum. Conferunt quoque mirum in modum tradita per ipsummet, *dec. sua Patavina 33. num. 18. cum plurib. seq. vide per eum.*
- 197 His adiungas *Carolus Ruinum, consil. 12. num. 12. in 3.* ubi tradit, quod quoad relicta facta extraneis in scriptura facta manu testatoris, requiruntur duo testes, non solum quoad probandam ipsam scripturam, si negetur, sed etiã quoad solemnitatem, ac requiritur, quod coram eis testator dicat, quæ ipse scripserit, & quod illa quæ dixit, & scripserit, vult valere, & latius, ut per eum, quem consulat.
- 198 Amplia hoc adeo verum esse, ut quamvis testator in scriptura testamenti, in qua de extraneis meminerit, dicat, se illud fecisse coram testibus, nihilominus in hoc ei non creditur, non enim statuit assertioni illius, qui non potest facere actum sine solemnitate, si dicat se fecisse solemnitate adhibita. Sic in puncto, & eleganter eadem *Rota Romana in noviss. dec. 752. per totam.* (Mirabilis est certè decisio in hoc proposito) parte 1.
- 199 Tertius, & vigesimus, potest proponi casus, qui alias contigit hic Paduæ inter nobiles *D. de Spironibus* super testamento quondam *Excell. D. Bernardini Spironi*. Fuit producta quædam cedula præfati *Excellentissimi Domini*, quæ in domo sua post eius mortem fuit reperta, conscripta (ut ex comparatione litterarum videbatur) manu publici Notarij, septem adhibitis testibus, quam quidem scripturam pro testamento non esse servandam dicebat *Clarissimus*, ac magni nominis *Philosophus D. Spiro de Spironibus*, quia apud ipsum Notarium præmortuum eisdem *Excel. D. testatori*, inter eius protocolia non reperiebatur, nec originale, nec exemplum, nec notula aliqua de dicto testamento: Item quia dicta scriptura non erat communita, nec signo, nec subscriptione ipsius Notarij, nec etiam in ea inserta erat clausula, actum, & publicatum, &c. ex qua dici posset scripturam illam coram testibus ipsis publicatam pro testamento, insuper superiixerat testator per annos 20. & ulterius apparebant in suis libris quædam suæ ordinationes præparatæ pro testamento faciendo: è contra *Excellentissimi Dom. Julius frater præfati Clarissimi Philosophi*, instabat pro validitate prædictæ cedulæ testamentariæ. Discussio tandem negotio decisum fuit ex responso quinque *Excellentissimo Iurisperitorum* contra præfatum *Cl. Spironum*, & ita executum.
- 200 Rationes autem, quibus moveri potuerunt ad ita pronuntiandum, exactissimè congeruntur, ac deducuntur per *Cl. D. Peregr. d. sua decis. 33. ipsum consulat.*
- 201 Aduerti tamen volo pro exacta huius materiæ cognitione, quod circa in breuiaturam testamenti repertam interrogationes Notarij, de qua potest controuerti, an possit extendi in publicum instrumentum necne, idem *Cl. D. Peregr. d. dec. 33. octo* proponit casus, qui quidem in praxi contingere solent, quibus reueratam hanc materiam elegantissimè discutit, ac enodat, eundem consulat, sat enim de hoc locum indicasse est, eadem supradicta, omnia docuit prius *consil. suo 64. vol. 1.*
- 202 Quartus & vigesimus subijcitur casus, & talis est. Proponitur testamentum patris solemniter confectum fuisse, & notario traditum, exinde verò testamentum ipsum ab eo recuperatum, & apertum, disstitutumque reperiri penes ipsum, dubitatur modo, an illud inter liberos valeat.
- 203 Pro resolutione prædicti casus videndus *Dom. Garzia Mastri. decis. sua 132. lib. 2. & D. Hieron. Pantzman. q. sua 18. lib. 2. ubi ad varietatem.*
- 204 Quintus & vigesimus proponitur casus, super quo consultus respondit *Io. Crot. consil. suo 328. in 1. dub. vol. 3. & talis est.*
Quidam nomine *Matthæus*, imminente tempore pestis, de bonis suis testatus est, prout constat ex quadam scriptura confecta manu cuiusdam presbyteri, qui non est publicus Notarius, in qua multis legatis factis, filios suos natos, & nascituros, vniuersales heredes instituit, atque ita deceffit. Dubitatur ibi, an tale testamentum probetur per scripturam, de qua supra.
Consultus *Crotus*, ut dixi, respondit, pro negativa, rationibus, ut per eum elegantissimè perpensis, quem consulat.
- 205 Sextus & vigesimus, & vltimus reminiscitur casus super quo consultus respondit *Clariss. Decian. consil. suo 34. volum. primo*, & est huiusmodi. Quidam reuerendus nob. *Vicentia*, condito testamento, usque de anno 1549. inter alia legata ad pias causas facta fecit legatum nepoti suo ex sorore de afflictibus frumenti, & quadam domo & instituit heredem alium nepotem similiter ex sorore cum substitutione, ut in eo: perseveravitque in tali dispositione usque ad mortem, & sic per annos 17. a condito testamento, ipso demum vita functo, nepos ipsæ heres institutus dicit, & denunciat se inuenisse in domo dicti testatoris quandam schedulam in papyro scriptam, ut affirmat, manu testatoris, sine anno, & die, & sine aliqua subscriptione testium, in qua summa est videre, quod ipse dixit, quod cum iam annos 17. in circa fecerit testamentum, & sapientis sit mutare propositum propter temporum, & rerum varietatem, modo instituit heredem ipsum Titium filium suum adoptivum, qui tamen Titius erat illemet heres institutus in ipso testamento tamquam nepos, sed postmodum adoptatus in filium, & reuocat legatum afflictuum, & domus factum pro puellis maritandis, & alia moderatur; Ex hoc themate contingit dubitari, & queri, numquid ex hac simplici scriptura, præsupposita manu scribentis, & sic testatoris, remaneat reuocatum prius solemnè testamentum maximè ad præiudiciũ ipsius nepotis legatarij. Consultus *Decian.* ut dixi, dict. consil. respondit pro affirmatiua, rationibus, ut per eum, quem

- quem omnino consulat. De materia autem huius casus, an videlicet, & quando testamentum solemnne inter liberos, per aliud itidem solemnne, vel minus, tollatur, necne, vsque ad satietatem discutit inter ceteros *D. Pantzman. q. sua 16. & 17. per totam lib. 2. vide per eum.*
- 206 Nota tamen, quod in omnibus supradictis casibus, in quibus voluntas paterna, vel materna sustinetur saltem inter liberos, mediante cedula priuata per ipsos confecta, & relicta, in qua voluntatem suam declararunt, multa de necessitate requiruntur ad hoc vt dicta ipsorum voluntas sustineri possit.
- 207 Exigitur enim primo, quod in ipsa cedula sit insertum tempus, quo ipsa confecta fuit, prout *text. ad litteram, in d. auth. Quod sine, C. de test. & sequutus est Natta ibi, nu. 28. D. Gilken. n. 2. & D. Steph. Grat. discept. sua Forensi 235. nu. 7. vbi infinitos alios concordantes deducit.*
- 208 Vnde debet in ea fieri expressa mentio de anno, mense, & die, quo ipsa condita fuit, ad latè congelta per eundem *Nattam in d. auth. n. 30. cum quattuor seqq. Carol. Ruin. cons. 12. num. 10. in 3. & per Ill. D. Card. Tusc. concl. sua 101. n. 4. in lit. T. sequuti sunt post infinitos relatos, Clar. in §. testamentum, q. 14. num. 20. Gabr. de testam. concl. 9. nu. 55. Pantzm. d. q. 1. n. 14. & 15. Nicolaus decis. sua 1. num. 8. lib. 1. Euerarhard. Spechan q. sua 48. nu. 5. cent. 1. Ioan. Koppen. q. sua 45. nu. 26. vbi pulchrè, & nouissimè D. Steph. Grat. decis. sua Marchiana 107. num. 6.*
- 209 Et hæc est verissima sententia, & generaliter in quocumque casu tenenda, quidquid dixerit *Maluas. consil. suo 120. num. 26. & 27. qui quidem opinatus est, tum demum tempus ipsum in cedula, & dumtaxat poni debere, quando cedula, ipsa foret scripta manu tertij, & subscriberetur postea à patre, secus, si ipsa tota scripta esset manu ipsius patris, tunc enim temporis appositio in eadem minime inferenda est, & latius, vt per eum.*
- 210 Sed quid iuris sit de hora, dubitatur apud interpretes.
- 211 *Natta eruditiss. in d. auth. num. 29. concludit pro negativa, motus ex eo: nam nec ea requiruntur in publico instrumento.*
- 212 Item, quia satis est, quod fiat demonstratio temporis specialis, ad hoc vt veritas ipsius cedulae magis pateat, & falsitas reuinci possit, non autem debet esse specialissima, & latius, vt per eum. Eiusdem opinionis extitit etiã post *Soc. D. Steph. Grat. d. discept. sua 235. in fine, n. 8.*
- 213 Ego autem contrariæ adhæreo sententiæ, ideo enim tempus requiritur in dicta cedula, quia cum testamentum pluries fieri possit, si apparebit ad tempore, ratum erit, quod vltimum comprobabitur, ad *omnium, C. eod. & docet ipsemet Natt. in d. auth. numer. 30. omnium autem elegantissimè prosequitur D. Pantzman. d. qu. 1. numer. 15. & Gratian. d. decis. 207. num. 6. Hæc autem ratio anterioritatis, vel posterioritatis, militat etiam respectu horæ, vt patet, à sensu ergo.*
- 214 Non officiant autem rationes contrariæ, & prima de comparatione facta inter cedulam ipsam, & publicum instrumentum; nam responderi potest vna cum eodem *Natt. ibid. num. 31. in fin. quod hæc comparatio non est recipienda, quia lex non redigit hanc scripturam paterni testamenti ad instar scripturæ publicæ in omnibus, quod probatur ex eo, nam locus requiritur in hac scriptura ad tradita per eundem *Nattam, in d. authent. num. 36. secus est autem in publica, vnde & c.**
- 216 Non officit pariter, quod dicebatur, sat esse quod fiat demonstratio temporis specialis. Nam respondetur, hoc esse falsissimum, per rationem per me deductam, vnde,
- 217 & c. Sed hic pulchra excitatur quæstio, & est, an omnia supradicta exigantur quando summus in comperto cedulam illam testamentariam esse postremam, ac vltimam, requiretur ne in ea appositio temporis, videlicet anni,
- 218 mensis, & diei. Pro resolutione videndus *Ill. Card. Tusc. concl. sua 115. num. 113. cum seq. in lit. T.*
- 219 Secundo principaliter requiritur, quod in ipsa cedula sit expressum nomen Consulis, seu alterius regnantis, & hoc etiam docuimus supra *lib. 1. q. 3. n. 13. Addo nunc excellentiss. Cephal. cons. suo 377. nu. 20. & 21. vbi pulchre, & D. Stephanum Gratianum dicta disceptat. sua 235. numer. 8.*
- 220 Nota tamen, quod si sint in ea appositi anni Domini, appositio nominis ipsius Consulis non erit de necessitate faciendâ. Et ratio est; quia rei satis demonstratæ frustra adijcitur alia demonstratio. Sic eleganter ipsemet *Natta in d. authent. Quod sine. num. 35.*
- 221 Nota pariter, quod ommissio Indictionis, ac inuocationis Diuini nominis non vitiat testamentum ipsum inter liberos, vt ex professo decisiuè respondit *D. Nicolaus Reusnerius d. decis. sua 1. per totam, lib. 1. & sequutus est D. Graueus d. concl. sua 112. num. 25.*
- 222 Exigitur ratio, quod in ipsa cedula omnia extense fuerint scripta per ipsum fratrem, non autem per imbreuiaturas, *text. est Clarus in d. auth. Quod sine, 161. (si parès litteras edoctus non signis, sed litterarum consequentia declarat) sequutus est D. Crass. in §. testamentum, q. 16. nu. 3. & Pantzman. d. q. 1. num. 16. vbi reddit quoque rationem, dicens: nam ex signorum, numerorum, & imbreuiaturarum adiectione, ambiguitas, & obscuritas oritur, vt ideo propter mens, & voluntas testatoris tenebris inuoluta, minus rectè deprehendi, & explicari possit, & sub num. 17. arguit lapsum Ferdinandi Vasqui, de successionum. Progreff. §. 21. limit. 7. num. 81. dum opinatus est quod per notas, & imbreuiaturas insolitas possit scribi testamentum patris inter filios, licet in solemnibus testamentis, secus sit, per *l. fin. C. famil. ercisc. & per l. licet Imperator, de legat. 1. Quæ quidem iura cum sint per ius nouissimum in hoc correctæ, vt integris, & plenis litteris scribi debeat, facile error illius deprehendi poterit. Hanc eandem conclusionem supra firmatam, quod pro necessitate, & substantia huius schedulæ requiritur, vt non signis, vel abbreviaturis etiam visitatis, sed extensè, & litterarum consequentia scribatur, post *Imol. Clarum d. §. testament. q. 14. num. 3. ac alios, insecutus est quoque D. Spechan dict. q. 48. numer. 6. cent. prima, & D. Matthias Colerus decis. sua Germania 36. num. 5. cum seq. p. 1. adde P. Gilchen in d. auth. Quod sine, num. 1. & Illustr. Card. Tuscum d. concl. 101. nu. 3. in littera T.***
- 225 Limitatur tamen hoc, vt non procedat in modicis cyphris, & paucis abbreviaturis, puta annorum, & summarum, dummodo sint consuetæ, & indubitatae. *Bart. in l. quoties, §. 1. ff. de heredibus instituendis, & in l. sed cum patrono in fine, de bonor. poss. Alexand. consil. 111. numer. 9. libro 6. ac alij.*
- 226 Limitari item potest, nisi in eadem scriptura, sed cedula notæ illæ exponerentur, ita vt ex eodem tenore, & scripto constaret, saltem per relationem, de quo senserit testator, ad *l. esse toto, ff. de heredibus instituendis, & l. si ita scripsero, ff. eodem. Sic eleganter idem D. Pantzman. d. q. 1. num. 17.*
- 227 Limitari potest quoque, ac declarari, prout facit *Natta, in d. Auth. Quod sine, num. 38. cum seq. & prout post Clarum facit Spechan d. q. 48. nu. 7. qui intelligit, ac declarat, vt procedat circa numerum vnciarum, vel summam aliquam pecuniæ, ne scilicet illa signis arithmeticis exprimatur, in quibus de facili falsitas committi potest, in reliqua vero cedulae dispositione, sufficere, illam esse scriptam eo modo, quo ceteræ scripturæ communiter conscribi solent, & latius vt per eum.*
- 228 Exigitur quarto, quod ipse pater filiorum nomina, bonorum portiones eis relictas clare specificauerit, aliter ex dicta cedula non oriretur dispositio. *Text. est ad*

- litteram in d. *auth.* Quod sine, & tradidit post plures relatos *D. Cephal. consil. suo 464. num. 17.* & prius *consil. suo 377. num. 15. cum seqq.* Sequitur est quoque post alios relatos *D. Michael Crass. in §. testamentum. q. 16. n. 2. vbi pulchrè,* & *D. Hieron. Pantzman. d. q. 1. nu. 4. & 16. in 2.*
- 229 Exigitur quinto, vt in fine ipsius cedulæ apponat testator generalem clausulam, videlicet. *Quæ dixi, & scripsi, volo feruari.* Sic post *Azonem D. Pantzman. d. quest. 1. num. 18.*
- 230 Item, quod testator asserat cedulam illam esse suum testamentum, prout post *Aretin. ac Car. Ruinum tradidit Cl. Menoch. consil. suo 639. n. 8.* qui quidem ex mente ipsius *Aretini* subdit, quod non sufficit, etiam si testes in suis descriptionibus appellarent scripturam illam testamentum, ex quo non apparet, quod testator ipse eam Notario obtulerit vt testamentum.
- 231 Et hæc quidem omnia adeò vera sunt, & intercedere debent, prout docuit quoque *D. Mascard. d. conclus. 1358. nu. 63. cum seqq.* vt si in testamento ipsius patris condito, solemnitates supradictæ omittantur, testamentum etiam quoad ipsos liberos sit inualidum. Ita *Gl. Bart. Salicet. ac alij in d. auth. Quod sine. Adas Soetium iuniorum consil. 3. numer. 3. cum seqq. in 4.* vbi mirabiliter de hoc discurret *Matthæum Brunum, consil. 79. num. 7. & 8. Rim. seu. consil. suo 331. in 2. Alexand. Raudens. dec. sua Pisana 23. num. 1. cum seqq. vbi pulchrè Nicolaum Euerard. senorem, consil. suo 155. num. 4. & 5. & Iurisprudentiæ nostræ Monarcham D. Peregr. consil. suo 32. num. 3. in 4.*
- 232 Nec sanè mirum, cum enim parentibus ipsis in scriptis testari volentibus certa forma lege sit proposita, eam certe transgredi minime debeat. Quinimo, illa non obseruata actus redditur nullus. Sic post infinitos relatos concludit in terminis *Cl. D. Pantzman. d. q. 1. n. 19. cum seqq. vbi latius circa hoc profequitur, eum omnino consulat.*
- 233 Requiritur sexto, quod ipsemet testator proprio sigillo dictam cedulam, sigillet, prout post *Castrensem ac alios tradit Cl. Menoch. d. consil. suo 639. n. 13.*
- 234 Septimo exposcitur quod si adsint testes, quod ipsi scribant, & sigillent cedulam illam, prout post alios respondit idem *Menoch. d. consil. 639. num. 14.*
- 235 Desideratur vltimo, vt (vltra tempus) locus quoque exprimat, ad hoc, vt valeat testamentum ipsum inter liberos, quasi dies, & locus à pari procedat, ad validitatem dispositionis, c. *Abbate, sanè, de re iud. Sic eleganter Cl. vtr. D. Grat. d. discept. sua 235. num. 10.*
- 236 Quod tamen intelligendum erit, quando non constaret de voluntate testatoris, nisi per rogatum Notarii, tunc enim illud instrumentum testamenti nullam fidem faceret, nisi adesset locus, & dies, & omne id, quod requireretur pro solemnitate in conscribendis publicis instrumentis, Aliud tamen esset, quando constaret de voluntate ipsius testatoris per eius scripturam, aut per testes, nam in hoc casu defectus loci non vitaret testamentum ipsius patris inter liberos, quasi tunc scriptura patris maneat, priuata prout dicitur tunc talis remanere, quando non conficitur publicum instrumentum a Notario de dicta voluntate patris, prout declarat *D. Menoch. consil. suo 288. num. 34. lib. 3.* Sic eleganter animaduertit idem *D. Steph. Grat. d. discept. sua 235. num. 11.*
- Atque hæc quidem in testamento in scriptis condito per viam cedulæ inter liberos, locum habet.
- 238 Ceterum si pater ipse inter liberos ipsos nuncupatum vellet condere testamentum, quod quidem facere potest, adde latè tradita per *D. Nattam, in d. §. ex imperfecto, num. 191. cum seqq. & per D. Hartman. Hartman. Pract. Forens. lib. 2. obseru. 4. adhibere debet duo testes, coram quibus voluntatem suam patefaciat, & hunc numerum esse sufficientem, post infinitos propè relatos, tradidit *Clar. vtr. D. Pantzman. d. q. 1. num. 24. cum seqq. vbi rejicit quoque**
- opinionem nonnullorum cōtrarium sententiam, vt apud eum videri potest.
- 239 Hoc idem docuit quoque *D. Viutus concl. sua 890. n. 5. & nu. 11. & videndus nu. 15. vbi tradit, quod quamuis testamentum ipsum inter liberos conditum, valeat coram duobus testibus, nihilominus ad eius reuocationem septem requiruntur, auth. Hoc inter liberos, C. de testament. insequutus est etiam idem *D. Natta consil. suo 423. nu. 3. & D. Mascard. concl. sua 1358. nu. 53. post multos quos ibi ducit.**
- 240 Nec sanè mirum, omnis enim solemnitas Iuris Civilis in testamento patris inter liberos adeò remota est, quod imperfectio solemnitatis omittæ, illud non vitiet, d. §. ex imperfecto. Remanet tamen testamentum ipsum in dispositione iurisdictionum, ideò duo testes requiruntur, quia de iure gentium, in ore duorum, vel trium fiat omne verbum, c. in omni negotio, de testamentis, & l. vbi numerus, de testam. cum cōcordant, deductis per eundem *Nattam d. consil. 423. d. num. 3. Sequutus est etiam Cl. vtr. D. Gail. d. obseruat. sua 112. num. 2. & 3. vbi nonnullos quoque alias rationes subnectit, & videndus num. 4. & numer. 13. vers. 6. vbi tradit, quod ex cōmuni Doctorum opinione, testamentum etiam imperfectum cōditum à patre inter liberos, presentibus duobus testibus habet effectum testamenti, & non codicillorum, ibique plures cōcordantes ducit. Id quod etiam tradit *D. Greuens d. conclus. 12. num. 28. Hanc eandem conclusionem, quod testamentum inter ipsos liberos à patre, vel matre nuncupatim conditum, coram duobus testibus valeat, insecutus est etiam D. Euerard. Spec. Khan cent. 1. q. sua 47. num. 1. & 2. vbi subdit post alios, ab hac sententia vti in cōmuni in consulendo, aut iudicando non esse recedendum.**
- His omnibus adde *Taan. Koppen d. sua q. 45. num. 22. cum seqq. & Dominicum Magdalenum de num. testium in testam. c. 16. in primis numeris, vbi infinitos prope cogit, & late insistit, & videndus inferius per multos numeros, vbi de vera ratione talis privilegij disceptatur, vide per eum, nō enim in hoc est tempus conterendum. Adiungas etiam *Illust. D. Card. Tusch. d. conclus. sua 115. nu. 18. & 63. vbi plures alios concordantes adducit, & de cōmuni testatur: videndus etiam sub num. 65. vbi tradit, quod valet coram duobus testibus inter liberos, etiam quoad substitutiones factas ipsis filiis de proximioribus agnatis, & sub nu. 66. infert præcipuè ad substitutiones pupillares, & latins vt per eum.**
- 242 Amplia primo, vt hoc procedat etiam si pater sit cæcus, licet enim regulariter cæcus non possit nisi cum octo testibus testamentum facere, tamen id fallit in testamento inter liberos. Sic post *Clarum. Cephal. Joseph. Ludom. Gabr. ac plures alios docuit eleganter Cl. Mascard. d. conclus. 1358. num. 54. sequutus est etiam Illust. Card. Tusch. conclus. sua 15. num. 33. in littera T. & videndus numeris seqq. vbi latè de materia. Adeundus quoque *Clar. Eques D. Peregr. consil. suo 48. num. 10. in 4. vbi ad propositum tradit, quod ipsius ceteri testamentum sub hoc t. Serenissimo Statu valet etiam citra solemnem obseruationem d. leg. Hac consultiissima, præcitato §. ex imperfecto.**
- 244 Amplia secundo, per duos testes, probari testamentum ipsius patris inter liberos, siue implicitè, vt si testator dicat: In tali scriptura clausa, contineri suum testamentum inter liberos, siue explicitè depolerint. Sic eleganter post infinitos relatos idem *D. Pantzman. d. q. 1. num. 29.*
- 245 Nihil autè refert, vtrum femina, an verò mares in hac parentum vltima voluntate in testium numero adhibeantur, nam quamuis regulariter femina in testamento testes esse prohibeantur, ad l. qui testamento, §. mulier, ff. de test. & §. testes. Inst. eod. Attamen in testamento ipso patris inter liberos, femina ipse testimonio nō repelluntur. Pulchre post plures congestos idè *D. Pantzman. d. q. 1. nu. 31.*

- 246 Quemadmodum etiam non requiritur, vt sint rogati: nam præsumitur in patre animus deliberatus in dispositione inter liberos, si quidem naturalis stimulus ipsum hortatur, & vrget, vt pro liberis sit sollicitus, *leg. amicissimos, §. fin. ff. de excusat. tutor.* Et in eius testamento censentur remis solemnitates Iuris Ciuilis inter quas etiam hæc connumeratur, quod testes debeant esse rogati. Pulchrè idem *D. Pantzman. d. q. 1. num. 31. præcit. Clar. D. Mascard. concl. sua 1360. num. 2. & D. Graueus d. concl. sua 112. n. 9.* Adde de his omnibus differendum *D. Nattam, in d. §. ex imperfecto à num. 159. vsque ad 177. vbi latè Clarum in d. §. testamentum, q. 8. num. 4. & 5. Vtium opinion. sua 890. nu. 10. & 12. & eundem D. Graueum d. concl. 112. nu. 111. Adnectendus quoque D. Gail. d. obseruat. sua 112. num. 5. cum seqq. Magdalenus d. c. 16. num. 21. cum seqq. Ioan. Koppen d. q. 45. num. 23. & 24. & D. Spec Khan d. q. 47. num. 3. cum seqq. vbi elegantissimè.*
- 247 An autem impuberes, *Monachi*, alias inhabiles ac aliæ huiusmodi personæ testes possint esse in ipso testamento inter liberos, in præsentiarum minimè discussio, sed ad eundem *Natta inter ceteros, in d. §. ex imperfecto, n. 77. cum infinitis seq.* ipsum igitur omnino consulas.
- 248 Amplia secundo principaliter, vt etiam vnico tatum teste adhibito, aliisque coniecturis legitimis parentum voluntas inter liberos ritè probari possit, per *l. fi. C. famil. erisc. & sequutus est post Castrens. Socin. Philip. Portium, & alios, Cl. D. Pantzman. d. q. 1. num. 30.*
- 249 Hæc autem quæ de interuentu duorum testium in testamento paterno nuncupatio dicta sunt, procedunt, si testamentum ipsum negetur, secus vero, si aduersa pars id non diffiteatur, sed defectum dumtaxat ipsorum testium alleget: nam in hoc casu, admittenda non erit, & liberi, qui testamento innituntur, obtinebunt. Sic eleganter post infinitos relatos animaduertit *Cl. Pantzman. d. q. 1. nu. 33.* Adde *Nattam in dicto §. ex imperfecto, num. 151. cum seqq.* vbi quoque rationem deducit, dicens, nam hic numerus
- 250 ¶ duorum testium non requiritur ad solemnizandum actum, sed ad probandum ipsum tantummodo, & ideo non est mirum, si quando constat de tenore ipsius testamenti aliter quam per testes, si præsentia ipsorum testium minimè requiratur.
- 251 Et quod testamentum ipsum inter liberos, valeat etiã absque alio teste, firmavit idem *Natt. d. nu. 151. & sub nu. 153. nonnullasque de hoc vtilitates deducit, apud eum videri potest, quem omnino consulas.*
- 252 Secunda principalis coniectura, & secundum indicium, patrem inter liberos voluisse testari: est, quando pater ipse in testamento diuisit bona inter ipsos filios, hæc enim diuisionem esse testamentum patris inter eosdem, lex præsumit, *l. quoties, & l. vltim. C. famil. herisc.* vbi aperte statuitur, diuisionem illam esse loco institutionis ipsorum filiorum. Sic præcisè post nonnullos relatos docuit *Cl. vir. D. Menoch. d. lib. 4. Præsumpt. 7. num. fin. & tetigit quoque de hac eadem materia eodem libr. 4. Præsumpt. 19. num. 11. & 12. Adde Soc. iun. consil. 24. num. 1. in 3. Pancirol. consil. 193. n. 17. & Illustr. D. Card. Tusc. d. concl. sua 101. num. 26. in littera T.*
- 253 Et ratio huiusce Conclusionis ea potest esse: nam verbum, (diuido) importare solet institutionem. *Bald. in l. quoties num. 4. C. de heredibus instituendis, & l. his verbis, ff. eod. & l. quoties ff. famil. erisc. leg. Diuus, ff. de militar. testament.*
- 254 Hoc idem axioma, diuisionem videlicet bonorum factam à patre superstitè inter filios, pro hæredis institutione haberi tradidit etiam & sequutus est idem *Clariss. D. Menoch. consil. suo 317. numer. 20. & videndus prins sub num. 19. vbi docet, quod sufficit quodcumque patris iudicium, vt dicatur disposuisse, & testatus fuisse inter liberos.*
- 255 De hac eadem materia videlicet diuisionis bonorum factæ per patrem inter ipsos filios, omnium latissimè, ac elegantissimè disceptat *Clariss. Do. Pantzman. lib. 2. quæst. sua per totam, Cardin. Paris. consil. 34. in Maluasia consil. 120. per totum, vbi latissimè, D. Bernardus Graueus concl. sua 116. considerat. 1. lib. secundo, ac alij ipsos consulas.*
- 256 Videndus quoque *D. Gail. dict. obseruatione 112. num. 9. vbi tradidit, quod cedula reperta in cistula patris continens diuisionem bonorum inter filios, fidem facit, & seruanda est inter ipsos, si manu eiusdem patris scripta, vel ab eo subscripta sit, id quod etiam repetijt Ioan. Koppen. post alios, d. q. 45. num. 25.*
- 257 An autem ea Conclusio procedat, si ipsemet filijs non sit aliquid relictum titulo institutionis, sed quocumque alio titulo, maxima est in iure nostro difficultas. Videndus pro ipsius resolutione doctiss. *Gail. d. obseru. 112. num. 10. cum seqq.* vbi concludit pro negatiua, motus ex eo, nam titulus institutionis respicit fauorem liberorum, & ideo eo omisso, cessat dispositio dicti §. ex imperfecto, Filius enim necessario institui, vel ex hæredari debet, ad textum in §. de ex hæreditate liber, & in *l. 1. ff. de heredibus instituendis, cum concordantibus, & latius vt per eundem Gail.* Hanc eandem sententiam post articulum plenè discussum, & contraria queque resoluta, sequutus est etiam *Clariss. Fachin. lib. 4. suarum iuris controuer. cap. 24. per totum, & post Gulken. Schurph. Cenal. ac alios, Dom. Bernard. Graueus, dict. concl. 112. nu. 27. His adnectendus quoque Carol. Ruin. consil. 112. num. 11. in 3. D. Ioannes Koppen. d. q. sua 45. num. 31. vbi plures alios concordantes enumerat, & attestatur de communi. Alexander. Raudens. decis. sua Pisana 23. num. 10. cum seqq. vbi ample, & Dom. Iulius Clarus, in d. §. testamentum, q. 16. num. 6. vbi & ipse infinitos propè hanc eandem opinionem insequentes coaceruat. De hac eadem difficultate omnium, quotquot scripserunt, latissimè, ac elegantissimè disceptat *Dominicus Magdalenus de numero testium, c. 16. num. 57. cum infinitis alijs, eum consulas.* In hanc eandem opinionem visus est quoque propèrior extitisset *D. Flaminus de Rubens, consil. suo 26. in 1. licet enim pro contraria opinione satis acutè consuluerit, at tamen in fine dicti sui consil. subdidit, partes rectius facturas, si concordarent, prout fuit executum.**
- 258 Dubitatur præterea, quid si cedula illa reperta in arca patris, continens diuisionem bonorum inter ipsos filios, non sit scripta, neque subscripta manu ipsius testatoris, numquid talis cedula inter ipsos liberos valebit, ita vt ab eisdem seruanda sit.
- 259 Clarus eruditissimus in huiusmodi difficultate, in §. testamentum, q. 14. nu. 5. post Iasonem, Gulielmum Benedictum, ac alios. concludit pro negatiua, motus ex eo: nam esset nimis hoc modo aperta via fraudibus, & cum hac eadem opinione & ego pertranseo. Eandem quoque sequutus est *Illustr. Card. Tusch. d. concl. 101. n. 43. in littera T.*
- 260 Sed pone, quod cedula ipsa non sit à patre scripta, nec subscripta, sed tamen sit subscripta ab ipsis filijs, numquid valebit.
- 261 Et conclusiuè procedendo, respondeo cum *Clariss. in d. §. testamentum, citata q. 14. nu. 6.* quod sic, & subdit idem Clarus, quod omnes ita communiter concludunt.
- 262 Intellige tamen, quod valet, non vt testamentum, ex dispositione dictæ *Auth. Quod sine, C. de testamentis,* sed vt contractus ex conuentione ipsorum filiorum. Sequutus est hæc omnia. *Illustriss. Dom. Cardin. Tusch. d. conclus. 101. num. 42.*
- 263 Tertia, ac vltima principalis coniectura est. Si pater vocat filium suum hæredem, adhuc enim dicitur tacitè eum heredè instituisse, licet inter viuos, secus sit esset ex-
- 264 transeus. Nec sanè mirum, inter liberos enim valet quælibet dispositio patris. Sic præcisè *Bart. in leg. tale pactum, §. vlt. nu. 3. ff. de pactis,* quem præcisè sequuti sunt infiniti,

quos retulit, ac sequutus est *Cl. D. Menoch. consil. suo 317. n. 23. Ad do illustr. Card. Tuscum, concl. sua 101. numer. 27. & concl. sua 115. num. 48. in litt. T.*

Et hæc omnia inspecta dispositione iuris Communis, ac scribentum nostrorum traditionibus dicta sint: consulas de hac eadem materia nouissimè *D. Petrum Caball. consil. suo 106 per totum, lib. 2.*

265 Iure autem præcipuo inclitæ Ciuitatis dominantis DD. Venetorum, aliter quidem statutum est; Certa enim res est, quod eo iure, non tantum inter liberos, & ad pias causas, sed & inter extraneos, & ad profanas causas, cedula ipsa testamentaria releuari, & exequi solet fauore ultimæ voluntatis, prout etiam in specie post alios animaduertit *Cl. D. Flaminus de Rubens, consil. suo 50. n. 8. vol. 1. & videndus numeris sequentibus, ubi quoque de nonnullis meminit casibus, in quibus cedula testamentaria etiam ad commodum, ac beneficium extraneorum releuata executioni demandata sunt, eum consulas.*

266 Ut autem materiam hæc inspecto dicto iure DD. Venetorum, altius repetamus. Præsciendum est, quod apud ipsos Dominos tribus quidem modis testari licet, prout animaduertit inter alios doctus. *Hieron. Gabriel, consil. suo 169. num. 1. vol. 1.*

267 Primus quidem modus est (secundum eum,) quando testator manu propria scribit voluntatem suam, eiusque chirographo, siue cedula duo subscribunt testes, affirmantes scriptam in eo hominis illius voluntatem, & si quid testator scripserit, nesciant, nec legerint, hoc testamentum clausum deferitur ad officium quoddam hanc ob causam destinatum, mox testatore ipso vita functo, aperitur, & ad litteram seruatur, atque executioni mandatur. Sic præcisè *D. Gabrielus.*

268 Verum ego interne perlectis omnibus, & quibuscunque DD. Venetorum statutis in hoc proposito, nullum certæ inter multa, quæ viderim, adinueni, in quo quidem de tali præciso modo testandi fiat mentio. Hallucinatus est igitur *Gabriel*. in hoc, uti parum versatus, minusque studiosus statutorum ipsorum DD. Venetorum.

269 Primus igitur testandi modus qui apud DD. Venetos obseruatur, colligitur (ni fallor) ex maiori consilio 1400. 26. Nouembris, inter decreta Veneta pag. mihi 5. a terg. Eius autem verba licet transcribere.

270 Quia sæpè occurrit, quod per testatores, & testatrices presententur Notarijs Venetiarum cedula suorum testamentorum, scripta aliena manu, in quo possunt committi multæ fraudes, nisi prouideatur.

Vadit pars, quod de cetero, quando Notarij Venetiarum vocati fuerint ad accipiendum preces alicuius testamenti, & eis per testatorem, vel testatricem presentata, fuerit aliqua cedula pro testamento clausa, vel non clausa, debeant dicti Notarij, antequam accipiant preces interrogare eum, vel eam, si dicta cedula erit scripta manu ipsorum, aut non: etsi ipsis responsum fuerit per dictos testatorem, vel testatricem, quod sic, tunc dicti Notarij accipiunt preces secundum visum, & valeat dictum testamentum. Si verò testator, vel testatrix diceret, quod dicta cedula esset scripta alia manu, tunc Notarij teneantur, & debeat legere dictam cedulam ipsi testatori, vel testatrici soli, quod nam sit ibi aliquid, ad obuiandum fraudibus, quæ committi possunt, & si dicent bene scire, accipiant preces, si vero dicent, quod non, nullo modo accipiant preces, sed scribant, & murent Notarij secundum, quod sibi dictum fuerit per dictum testatorem. Et prædicta, &c.

Verum quia (subdit pars) possent committi multæ fraudes per testates, eo quod interrogati per Notarium, seu Notarios, si talis cedula sit scripta manu sua, posset responderi, quod sic, & tamen non esset, ordinetur, quod si aliquis testator, vel testatrix dixerit dictam cedulam esse manu sua scriptam, & postea reperitur non esse verum,

quod dicta cedula nullo modo habeatur, nec haberi possit pro testamento, nec vim aliquam habere possit, ac si facta, seu rogata non fuisset. Hactenus pars.

271 Qua sic stante, orta est obseruantia vniuersalis in toto Statu Serenissimi Domini DD. Venetorum, quod cedula matribus proprijs testantium conscripta, citra aliam solemnitatem testium, modo legitime constet, Scripturam illam fuisse manu testantis conscriptam, recipiuntur pro testamento solemnem, & iure valido, & executionem suam consequuntur vbique releuata tamen iudicis comparentis autoritate. Hoc autem præcisè docuit inter ceteros *Cl. D. Peregr. consil. suo 63. numer. 2. in 1. vbi in hæc verba prorupit.*

272 Secundo præmittendum est, quod inspectis consuetudinibus inclitæ Ciuitatis Venetiarum, scriptura, quæ manu propria testatoris conscripta sit, pro suo testamento seruatur, omnia alia solemnitate, licet enim de iure ciuili Romanorum Imperatorum, huiusmodi testatio recepta sit pro valida inter liberos tantum, non quoad extraneos veluti *Bart. scripsit in leg. si is qui, colum. 2. vers. quero quid si testator, ff. de testamentis, & consulendo sequuti fuerunt Alexand. consil. 114. via scriptura in 7. & in eodem casu Barbatia consil. 58. in 1. Corn. consil. 118. num. 6. in 3. Boerius decis. 240. num. 4. attamen Illustrissimi DD. Veneti, quoad omnes scripturam testatoris perfectam, & integram de eius ultima voluntate, pro valido testamento acceperunt: nam certissimum voluntatis suæ testimonium scripturam manu testatoris confectam arbitrati fuerunt, & sic sæpissimè pro factorum contingentia iudicatum fuit per Clariss. illius Urbis magistratus, & per Excellentissima consilia, penes quæ in causis ciuilibus, resideret suprema huius Serenissimi Domini autoritas. Cuius rei veritas probatur ex Senatusconsulto diei 21. Decembris 1474. in quo tamen decipitur, nam est illud (de quo supra meminimus) & etiam per exempla rerum iudicarum id facile demonstrari poterit. Sed hoc notissimum est apud nos subditos huius Serenissimi Domini. Hæc *Do. Peregrin.* qui quidem hoc quoque reperit, licet sub alijs verbis, *consil. suo 32. numer. quarto, in quarto.* Hoc idem tetigit etiam *Ioann. Sichard. consil. suo testamentario primo, numer. 35. cum seqq.* vbi subdit, quod ideo Veneti*

273 contra ius commune potuerunt hoc inducere, ¶ nam habent merum, & mixtum Imperium, non recognoscetes superiorem in temporalibus, & sunt in suo territorio tanquam Imperator. Adducit *Bart. in l. hostes, ff. de captiuis, & postliminio reuers. & in leg. relegati, ff. de penis.* Ad das tu de tali præeminentia DD. Venetorum *Do. Flaminium de Rubens, d. consil. suo 50. numer. 16. cum sequent. & Illustriss. D. Cardinalem Tuscum conclus. sua 70. in littera P, per totam, vbi latè.*

Adnectendus quoque dictus perillustis Eques, ac *D. meus Marc. Antonius Peregrin.* in suo eleganti tractatu de iuribus fisci multis in locis, & præsertim libro octauo, per multos numeros, & alij quoque posset hic innumerari adduci nisi res esset omnibus nota, & veritatis irrefragabilis.

274 Amplia primo, quod licet in ciuitate ista Patavina nullum adsit statutum, aut decretum pro validitate huiusmodi testamenti, attamen, & hic cedula istæ manu testatorum cõscripta, etiam absque testium subscriptione, & interuentu, modo tamen recognoscantur manu ipsis testatoris fuisse scripta, recepta fuerunt pro testamento valido, etiam extra liberos, & releuantur in vim publici, & authentici documenti, Sic eleganter animaduertit idè *Cl. D. Peregrin. in d. consil. 63. numer. 3. in 1. vbi subdit, quod multoties ita vidit practicum.*

275 Amplia secundo, ut idem quoque iuris sit in toto hoc Serenissimo Statu, & terris eidem subditis, nec sanè mirum, deficientibus ¶ enim statutis terrarum subditarum, seruan-

- seruanda esse statuta Veneta, tanquam ciuitatis dominantis, adeo notum est, quam quod notissimum, ad tradita per eundem *Peregr. d. conf. 63. n. 7. cum seq. conf. suo 5. n. 3. in 2. conf. 20. n. 1. & 2. in 4. & decis. sua prima, per totam.*
- 277 Ius enim ciuitatis dominantis quoad ciuitatis inferiores, appellatur ius commune, quia ius facit quoad eas, § *ultim. Instit. de satisfat. & tradit. idem D. Peregr. d. confil. 63. num. 11.* Et † ciuitatis dominantis statuta, decreta, & res iudicata trahuntur ad subiecta quæcunque loca, ad latè congesta per *Dom. Flaminius de Rubeis d. conf. 5. n. 9. & in puncto, quod Vicentia, in patria Foriulij, ac alibi, tales cedula defunctorum recipiantur, & quotidiana releuata executioni imitantur, meminit idem Peregr. d. conf. 63. n. 3. precit.*
- 279 Amplia tertio, vt id etiam procedat nedum in terris subiectis huic Serenissimo Dominio, verum etiam in non subditis. Sic præcisè idem *D. Clar. D. Peregr. d. conf. 63. & conf. 32. num. 4. in 4. vbi subdit, se ita patrocinate euenisse de cedula testamentaria olim Reuerendi quondam D. Vincentij Hostiani, Abbatis Sacci Longi Pad. Diacesis, nam releuata Padua per recognitionem litterarum per iudicem officij Viſtualium, ad fauorem Magnificæ D. Camillæ Hostianæ, hæredis scriptæ in dicta cedula, & nunc vxoris Illustris. ac Excellentis. D. Michaelis Brombilæ huius Magnificæ Cameræ Patavinæ: pluribus ab hic annis summa cum laude, ac dignitate publica Aduocati Fiscalis, necnon in foro causarum patroni acutissimi, ac disertissimi, ac domini mei collendissimi executionem, habuit Pisis, vbi bona erat sita, sic causa cognita, decernente Pretore Pisano, & successiuè ad appellatione partis aduersæ, approbante Rota Florentina, vtj retulit idem *Clar. D. Peregr. d. conf. 63. vbi amplissimè rem discussit, adeo vt res sit expedita pro releuatione cedularum manu propria testatorum conscripturarum citra testium solemnitatem.**
- 280 Sed hic due exoriuntur difficultates.
- Altera quidem est, quid iuris inspecto dicto statuto DD. Venetorum, si dicta cedula non sit scripta manu ipsius testatoris, sed tantum subscripta an ob id ea sit alicuius roboris ac firmitatis.
- 281 Illustris præses *Menoc. conf. suo 639. num. 9.* concludit pro negatiua, Motus: uam lege Veneta cautum est, quod ipsa cedula debeat esse scripta manu ipsius testatoris, ergo vt aliquid operetur ultra ius commune, debet esse tota scripta manu ipsius, vt valeat, nec sufficiet simplex subscriptio.
- 282 Contrariam autem sententiam vtique, veriore esse, dijudico, videlicet, quod sufficiat etiam simplex ipsius testatoris subscriptio. Nec mirum, cum † ipsa totam ipsam scripturam repræsentet. Ad tradita per *Bart. in l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. & per Card. Paris. conf. suo 19. num. 107. in 2. cum concordantibus alias per nos deductis.*
- 284 Adde in dicto Maiori Consilio, de qua supra nos meminimus, hoc idem quoque receptum esse. Reperantur verba illa, (si vero testator) vsq. ad illa, accipiant preces, vnde, &c.
- 285 Nec officit ratio per eundem *Menoch. perpenſa, nã bene dicta cedula inspecto dicto iure DD. Venetorum, operatur aliquid ultra ius commune, nam valet etiam quoad extraneas personas, quod secus est inspecto dicto iure communi, vt supradiximus ergo, &c.*
- 286 Altera vero difficultas, quæ suboritur, est, an sit necesse testes, receptos super releuatione ipsius cedula, attestari, se vidisse illam a testatore scribi, vel fat sit, deponant quod ea cedula videtur sibi fuisse scripta manu talis, quia eius characterem cognitum habent.
- 287 In hac quidem hæſitatione, rem paucis perſtringendo, concludo vna cum *Cl. D. Peregr. d. conf. 63. num. 22.* fat esse, si deponant ipsi testes de cognitione characteris ip-
- 288 sius testatoris. Moueor: † nam vbi testes non requiruntur, pro solemnitate, sed sufficit sola testatoris scriptura, prout in casu nostro, eo quoque casu sufficit scripturam, recognosci per peritos, & conscios characteris litterarum defuncti; nam in re hac, per testes, qui notam habent scripturam ipsius defuncti, sufficiens, habetur probatio, per textum in *c. cum olim, extra de priuil. & notat Bar. in auth. Si quis in aliquo col. 2. C. de edendo, & passim obseruatur, vnde, &c.*
- 289 Obseruandum est autem pro coronide huius primi modi testandi, & vt nil in hac materia relatu dignum intactum relinquatur, quod per patrem captam in maiori Consilio die 22. Martij 1613. pro obuiandis fraudibus, ac alijs inconuenientijs, captum, ac deliberatum fuit, quod non possint in posterum amplius releuari cedula aliquæ testamentaria, quæ reperiantur etiam manu propria ipsorum defunctorum scripta, in vim publici, & authentici documenti, seruata tamen potestate, ac facultate quibuscunque Venetijs habitantibus, ac alijs circa eorum testameta, prout in ipsa parte disponitur, quam perlegas.
- 290 Quo vero ad cedulas defunctorum per elapsam eadem parte captam fuit, quod modis, & formis consuetis releuari debeant in termino, anni, quo elapso, & non releuata, remaneant omnino nullæ, & nullius roboris, & prout in ipsa parte latius continetur.
- 291 Secundus principalis modus testandi, ac de rebus suis disponendi apud DD. Venetos teste eodem *Gabr. d. confil. 169. num. 1.* est, quando testator dicat voluntatem suam alicui Notario, isque eam scribit duobus vel tribus testibus præsentibus, qui postea ipsi se subscribunt, fiuntque huiusmodi testamentorum duo instrumenta, quorum vnum retinet apud se Notarius, alterum verò defert ad officium quoddam ad id ordinatum, vbi aperitur, legiturq. mortuo ipso testatore, & executioni demandatur, & latius, vt per eum.
- 292 Et hic quidem modus desumptus est ex parte maioris Consilij 1471. 2. Decembris, de qua inter statuta Veneta, pag. mihi 152. quam partem omnino perlegas.
- Nota quidem circa hanc eandem formulam standi, in eodem Maiori Consilio 1531. 25. Ianuarij, † Senatufconsultum factum esse, vt Notarij omnes, qui testamenta, aut codicillos deinceps scripserint, teneantur, & debeant sub pena ducatorum 500. & priuatione officij, scribere vulgari sermone, & notare eadem, & propria, quæ testator ipsemet protulerit, verba, absq. alia interpretatione, vt ob id percipi possit pura, & mera voluntas ipsius testatoris. Factum, vt ex eius præmio dignoscitur, vt esset licitum finis, quæ oriebatur quotidie culpa notariorum eadem testamenta Latine scribentium, & pro suo arbitrio extendentium, & ista pars habetur inter Decreta Veneta, pag. mihi 6. incipit. *Il Dominio nostro.*
- 294 Tertius, & vltimus modus testamentum conficiendi apud prædictos DD. Venetos, teste eodem *Gabrielio, est, quando testator tribus testibus præsentibus voluntatem suam exprimit, testamentumque hoc modo factum, quod Breuiarium vocatur, valet, & tenet, & firmissimum est, siue scribatur ab aliquo, siue non scribatur, modo, vt intra annum si defunctus mortuus fuerit Venetijs, siue intra biennium, si extra urbem vita cum morte commutauerit, releuentur, idest, publicentur, solemnitatibus quibusdam adhibitis in Collegio quod appellant 40. Ciuilium, testibus antea super eo à iudicibus. examinatorum examinatis.*
- 295 Et iste modus testandi colligitur ex *cap. 44. lib. 6. Statut. Venetorum, incipit. Accioche li Breuiarij.*
- 296 Obseruandum tamen, quod quando istiusmodi testamenta, vulgo Breuiaria, ponuntur ad ltridas, multa quidem obseruari solent, de quibus fit ampla mentio inter eadem Statuta Veneta, pag. mihi 207. a tergo, vers. *Metter a stride Breuiarij.*

Quibus quidem minimè obseruatis, testamenta ipsa licet releuata euertantur, ac nulla declarantur, id quod multoties in hoc foro practicum vide, ad ibi scripta lectorem beneuolum relego.

- 197 Obseruandum secundo, quod contra testamentum alicuius, Breuiarium postea ab eodem factum, haud ualeat, & tenet. Sic expressè deciditur c. 1. in fine, lib. 4. Statutorum Venetorum.
- 198 Obseruandum præterea, quod per partem captam in d. Maiori Consilij 1613. 2. Martij, aliter quam hucusque extiterit, fuit pronisum circa releuationem testamentorum per uiam Breuiarij, eam perlegas. Et cum casus tibi contigerit, eadem secundum facti contingentiam utere. Et hæc satis.

De testamento ad pias causas condito per uiam cedulæ, & sic scripturæ priuatæ. Cap. II.

S U M M A R I U M.

- 1 Testamentum ad pias causas quando dicatur, uideudus Card. Tuscus.
- 2 Per scripturam priuatam, seu scedulam testamentum conditum ad pias causas, probatur.
- 3 Ratio.
- 4 Materia supradictæ conclusionis est satis ampla, ideo nonnulli casus considerandi sunt.
- 5 Cedula scripta, uel subscripta manu testatoris, in qua contineatur dispositio uirtima de bonis suis ad fauorem piæ causæ, an sustineatur in uim testamenti, dubitatur.
- 6 Iul. Clar. sentit pro negatiua, & n. 7. 8. & 9. necnon & 10.
- 11 Contrarium sensit author.
- 12 Eius fundamenta, & n. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. & 20.
- 21 Resoluitur authoris Clari.
- 22 Menoch. conf. 167. n. 20 deducitur.
- 23 Notabilem deductum per authorem.
- 24 Producitur cedula, in qua continetur testatoris uoluntas integrè ad fauorem piæ causæ, ipsa tamen non est lecta coram testibus, nec ab aliquo Notario publicata, an ualeat in uim testamenti ad pias causas, dubitatur.
- 25 Conclusio sit pro affirmatiua.
- 27 Clari opinio quadam diluitur, & n. 28.
- 29 Clar. Fachinei sententia improbat per authorem, & n. 30.
- 31 Mæuius condidit testamentum coram duobus testibus, & instituit heredem piæ causæ, & postea dixit, quod uolebat dictam ordinationem scribi facere per Notarium, & iussit accersiri Notarium, prius tamen quam ipse ueniret, testator ipse decessit, dubitatur an tale testamentum ualeat ad pias causas.
- 32 Oldradus de Ponte, ac alij senserunt pro negatiua.
- 33 Ratio eorum.
- 34 Author contrariæ adhaesit.
- 35 Respondetur ad auctoritatem Oldradi, & n. 36.
- 37 Adducitur quadam distinctio tradita per Crasum pro conciliatione supradictarum opinionum, & n. 38.
- 39 Quidam testator incepit facere testamentum, & instituit piæ causæ heredem, deinde fecit transitum ad alia legata, sed prius quam posset conficere suum testamentum, uita functus est, dubitatur, an talis eius dispositio ualeat ad pias causas.
- 40 Bart. ac alij senserunt pro affirmatiua.
- 41 Contrarium opinionem sequuti sunt Clar. ac alij.
- 42 Author non recedit ab opinione Bartoli.
- 43 Respondet ad auctoritatem Clari.
- 44 Proponitur quidam casus, super quo consultus respondit Cl.

D. Menoch. conf. suo 224. per totum lib. 3. & n. 45.
46 De materia testamenti ad pias causas, ad eundem plures Scribentes remissiuè.

Vllo capite præcedenti, an testamentum inter liberos per cedulam testamentariam, & sic scripturam priuatam probari possit. Congruo modo loco uideudum, est, quid iuris existat quoad pias causas.

- 1 Testamentum autem ad pias causas quando dicatur, uel non, omnium elegantissimè declarat Illustr. D. Card. Tuscus, concl. sua 118. in littera T.
- 2 Et resolutiuè procedendo, concludas, quod quemadmodum per scripturam priuatam probatur testamentum inter liberos, ut supra loco suo satis abundè docuimus, quod per eandem probetur quoque testamentum ipsum ad pias causas.
- 3 Nec sanè mirum, maioris enim priuilegij, est pia causa, quam inter liberos dispositio, extra portionem legitimam eitura debitam, ut post Bar. Abbatem, Alex. Didacum, & alios tradidit Cl. D. Menoch. conf. suo 224. n. 29.
- 4 Verum, quia materia ista est satis patens, & lata, & ita generaliter loquendo, nequit bene intelligi, propterea, pro ipsius pleniori enucleatione, ac intelligentia, & nonnullos casus, qui in praxi contingere solent, & possunt, pariter distinguendos opinor.
- 5 Primus itaq. casus proponi potest, & est, quando reperitur cedula scripta, uel subscripta manu propria ipsius testatoris, continens eius ultimam uoluntatem disponendo de bonis suis in fauorem piæ causæ: hoc casu, an talis eius uoluntas sustineri debeat, & possit, dubitatur.
- 6 Iulius Clarus in §. testamentum, q. 7. n. 1. concludit pro negatiua, ex quo dicta cedula nullam habet formam, propter quam illi debeat fides adhiberi, & subdit hanc esse magis communem Doctorum sententiam pro qua adducit quoque Auctoritatem Socini iunioris conf. suo 189. n. 73. in 2. Cui opinioni adhaesit etiam Ioan. Dauth. in lib. hac consultissima, n. 40. C. de testam. & Iacob. Thoming. decis. sua 4. per totam, ubi subdit secundum hanc sententiam se respondisse Lipsiæ in Collegio Iuridico, anno Domini 1567. in fine mensis Iulij, in quadam causa tunc coram eo controuersa.
- 7 Nec quidquam facit secundum eundem Clarum, quod si inter liberos reperitur talis cedula a testatore confecta, seruanda est tamquam testamentum, sit cauetur ex dispositione d. auth. Quod sine, & superius fuit edoctum, ergo illud idem uideretur concludendum in casu nostro;
- 8 quia dispositio prædictæ Authenticæ ex eiusdem sententia non habet locum nisi in sua causa, scilicet inter liberos, non autem ad pias causas.
- 9 Et ratio rationis est, quia fauorabilior sit causa liberorum, quam ipsius piæ causæ, & latius, ut per eum, uide, & c.
- 10 Eandem opinionem tentam à Claro, & Socino omnium latissimè, ac elegantissimè tutatus est, & defendit Illustr. D. Card. Mant. de coniect. lib. 6. tit. 3. nu. 9. à tergo, cum seq. cum omnino consulas; nam post hæc congesta dumtaxat in manus incidit, adiungas etiam Hieron. de Cauat. Pract. q. commun. contra communes, q. 236.
- 11 Ego autem contrariæ innitor sententiæ, & ratione cōfidero, quod uera est hæc sententia, quod ubi testamentum ad pias causas fuit scriptum manu ipsius testatoris, non requiritur aliquorum testium presentia, nec minus aliqua alia solemnitas, quæ sanè sententia ita probari facile potest.
- 12 Et primo sic. Duo illi testes, qui in testamentis ad pias causas adhibentur, non pro substantia testamenti, sed probationem adhibentur, ut manifestè innuit in cap. relatum, dum ibi legitur. Quod in re duorum, uel trium, stat omne uerbum, significans summus Pontifex ibi, fidem fieri testimonio duorum.

13 Atqui ubi de veritate dispositionis manifestè constat aliter quam per testes, sicuti quando constat ex scriptura manu ipsius testatoris scripta, non est necessaria probatio ex testibus, ut patet a sensu, & comprobatur in simili per l. *contrahitur*, ff. de pign. qua dicimus, scripturam non esse de substantia contractus pignoris, & ob id illum probari satis posse testibus, ergo, &c.

14 Secundo, vel ex eo demonstratur vera hæc sententia, argumento ducto à fortiori. Quando pater testatur inter liberos, disponendo inter eos de omnibus ipsis bonis, sufficit, si sua manu scribat suum ipsum testamentum, nullis adhibitis in eo testibus, ut per textum in dicta Authent. Quod sine, c. de testamentis, probarunt infiniti, quos retulit, & sequutus est Cl. D. Menoch. d. cons. 224. n. 61.

15 Atqui lex magis fauet piæ causæ, quam filijs exceptæ eorum legitima, prout post infinitos propè relatos concludit idem D. Menochius d. consil. n. 62. & sequutus est, D. Card. Tuscus concl. sua 116. n. 64. in littera T.

Ergo si testamentum patris inter liberos sua manu scriptum valet, nullis adhibitis testibus, multo magis valere debet testamentum ipsum ad piæ causas, vnde, &c.

16 Tertio suffragatur hoc argumentum, quo & præcedens comprobatur: nam testamentum ad piæ causas valet, etiam si de solo natu testatoris constet, ut copiosè tradit Tiraquell. de priuileg. piæ causæ, priuileg. 8. & subsequuti sunt Iosephus Ludouicus, concl. sua 67. Alexander Raudens. post plures alios relatos, decis. sua Pisana 46. n. 7. & Dom. Cardin. Tuscus concl. sua 116. n. 70. & concl. 117. n. 3. Item conclus. 123. n. 4. in littera T.

17 Quod tamen secus est in testamento ipso inter liberos, prout subiungit idem Tiraq. & tradit idem Clarus in d. §. testamentum, q. 61. n. 7. vnde, &c.

18 Item etiam si sine diei expressione conditum sit, ad latè tradita per D. Card. Tusc. d. concl. 116. n. 59. in littera T.

19 Accedit: nam si testamentum inter liberos solis indicij probari potest, ut tradunt Corneus, Iason, Boerius, Socinus iunior, ac alij relati per eundem D. Menochium d. consil. 224. n. 65.

Multo magis probari satis dicitur hoc testamentum ad piæ causas ex sola scriptura ipsius testatoris.

20 Ad stipulatur ultimo, nam Communior stat Scribentium sententia, testamentum scriptum manu testatoris, valere ad piæ causas, etiam si in eo nulli adscripti fuerint testes, ut docuerunt infiniti, quos retulit, ac sequutus est idem Clar. D. Menoch. dicto consil. n. 66. vnde, &c. Adde Tiraq. de priuileg. piæ causæ priuileg. 4. Card. Tuscus d. concl. 116. n. 74. & D. Pinium opinione sua 880. num. 7. ubi tradit, quod Achil. de Grassi, decis. sua 359. admittit, ut testamentum ad piæ causas valeat etiam sine testibus, si totum scriptum esset manu testatoris, & latius, ut per eum.

Quibus sic stantibus: Non officit modò opinio Clari pro contraria, qui motus est Authoritate Socini, nam ut

21 ex prædictis patet, & communior, & verior sententia stat contra ipsum, & in specie ita ad authoritatem eiusdem Socini, respondit idem Clar. D. Menoch. d. cons. suo 224. n. 63. quem consulat, vnde, &c.

22 Adeundus idem D. Menoch. consil. suo 167. n. 20. † ubi docuit in hoc proposito, quod legatum factum piæ causæ fauore religionis, valet, etiam si sit scriptum in sola apocha, seu cedula manu testatoris subscripta, sine testibus, ibique adducit Imolam, Corneum, Tiraq. ac alios; His omnibus adde 2. Dom. Bimum. consil. suo 204. num. 29. in 3. & D. Antonium Lazarum in suis Questionibus Canonicis Lectio- ne 3. q. 6. n. 36. ubi plures alios concordantes deducit.

23 Nota tamen (& hoc animaduertit quoque idem Clarus citato loco) quod in foro poli, talis sententia nulla potest recipere difficultatem, quando tamen huiusmodi cedula esset taliter confecta, quod apparetur illam potius esse declarationem voluntatis, & dispositionem, quam

preparationem ad disponendum. Et hæc satis de hoc primo casu.

24 Secundus casus subiicitur, & talis est. Producitur cedula, in qua testator integrè voluntatem suam scripsit, disponendo de bonis suis ad placitum in locum pium, vel illam fecit scribi per Notarium, vel aliam personam, sed tamen ipsa cedula, seu scriptura, non fuit coram testibus lecta, nec ab aliquo Notario publicata. An hoc casu prædicta cedula valeat in vim testamenti ad piæ causas, dubitatur.

25 In hac difficultate, rem paucis perstringendo, concludere pro affirmatiua. Nec sanè mirum: cum enim non deficiat nisi publicatio, quæ est solemnitas introducta a iure positivo, non obstante huiusmodi defectu, debet fauore piæ causæ testamentum sustineri. Sic præcisè post plures relatos, idem Clarus, in §. testamentum, q. 7. n. 2. Adde Pinium Opinione sua 880. n. 7. ubi concordantes deducit, Crassum in d. §. si testamentum, q. 19. n. 3. & Illustr. D. Card. Tuscum conclusio sua 116. n. 48. & 52. in littera T.

26 Adde, quod hæc solemnitas non requiritur in relictis pijs, sed sufficit quomodocumque testamentum ipsum probetur. Paulus in l. Lucius, ff. de milit. testam. & Tiraq. de priuileg. piæ causæ priuileg. 6.

27 Et licet Clarus ipse subdat, duo esse necessaria, ad hoc ut supradicta decisio locum habeat, videlicet, quod ipse testator hanc suam voluntatem duobus saltem testibus explicauerit, & quod non exprimat se velle de contentis in cedula confici scripturam per Notarium, tunc enim potius esset præparatio dispositionis, quam dispositio, & ideo non valeret in vim testamenti.

28 Decipitur tamen in ambobus: tum quia testamentum ad piæ causas valet, etiam si celebretur nullis adhibitis testibus, & proximè dixi; Tum quia nil referret, etiam quod ipse testator ad maiorem corroboracionem exprimeret se velle de contentis in ipsa cedula confici scripturam per Notarium, quando voluntas sua in dicta cedula comprehensa iam esset perfecta, & absoluta, vnde, &c.

29 Aduerte tamen quod Clar. D. Fachinus in hoc secundo principali casu, lib. 4. suarum iuris Controu. c. 3. in fine, videtur in contrariam uisere sententiam. Mouetur autem per textum in §. si tamen nouel. de testamento imperfecto.

30 Sed nil est, quia loquitur, ac intelligitur quoad alia testamenta, quam ea, quæ confusa sunt ad piæ causas.

31 Tertius proponitur casus, & est huiusmodi. Mæuius testator fecit vocari duos testes, & coram ipsis fecit scribi per aliquem clericum in quadam cedula, quod instituebat piæ causam hæredem in bonis suis, & postea dixit illis testibus, quod volebat dictam ordinationem scribi facere per Notarium, & iussit etiam Notarium vocari, sed priusquam illam faceret scribi per ipsum Notarium, testator ipse decessit; Dubitatur hoc casu, an talis voluntas in dicta cedula comprehensa possit sustineri, & valeat in fauorem dicti pij loci.

32 In huiusmodi quidem hesitatione, D. Oldradus de Ponte, consil. suo 119. respondit apertè pro negativa. Eum sequuti sunt multi relati per Rainald. Corsum, in suis Additionibus ad præfatum consil. in littera A, & D, necnon & D. Iulius Clarus, post alios relatos d. q. 7. n. 3.

33 Fundamentum eorum est: nam testator ipse non videtur de bonis suis disposuisse, sed tantummodo præparasse id, quod disponere volebat. Cum ergo deficiat non solemnitas, sed dispositio, non potest sustineri in vim ultimæ voluntatis, vnde, &c.

34 Contrariam verò sententiam veriorem esse ac probabiliorem diiudico, cum talis defectus sit solemnitatis, non autem voluntatis.

35 Nec officit Authoritas Oldradi ex duobus, & primo, nam contra eum responderunt infiniti, relati per Gabr. lib. 4. suarum concl. titulo de testamentis, concl. 9. n. 8. & per Clar.

- Clar. D. Menoch. conf. suo 224. n. 43. Addas erudit. D. Fachinum, lib. 4. suarum iuris controu. c. 4.*
- 36 Item quia in dicto casu agebatur de reuocando precedenti testamento solemniter in scriptis, quæ reuocatio est difficilis. *Anguiss. consil. 33. n. 6. lib. 6. 1as. in lege sancimus, n. 15. C. de testamentis*, & per consequens, cum fecisset poni in scriptis id, quod postea volebat aliter disponere, resulabat coniectura, quod & secundum vellet facere testamentum in scriptis, vnde, &c. Sic post Nattam illud *Oldradi* responsum acutissime enodauit. *Cl. D. Alexan. Raudens. d. decis. sua Pisana 46. n. 13. lib. 1.*
- 37 Adeas pro coronide huius tertij casus *D. Crass. in dicto §. testamentum, q. 19. n. 4.* ita pro conciliatione supradictarum opinionum distinguentem. Tradit enim, quod aut apparet ex verbis ipsius testatoris, eum non habuisse mentem deliberatam ad testamentum perficiendum, & absoluendum, sed tantum ad præparandum, & tunc procedat *Oldradi, ac sequacium sententia*.
- 38 Aut verò apparet ex eiusdem verbis, testatorem ipsum habuisse mentem deliberatam ad absoluendum voluntatem, & eam habuisse pro perfecta, & absoluta, & tunc omnes concludunt, conuocationem Notarij non efficere, quo minus subsistat ipsum testamentum, & ita locum habeat postrema sententia.
- 39 Subijcitur casus, & est huiusmodi. Quidam testator incipit facere testamentum, & instituit piam causam heredem, vel aliquid reliquit ad pias causas, deinde fecit transitum ad alia legata, & priusquam posset ipsum testamentum completere, decessit; dubitatur hoc casu, an sustineatur, & illud relictum ad pias causas, licet totum testamentum perfici minime potuerit.
- 40 In huiusmodi quidem difficultate, *Barth. Auriganoster, in lege in testamento, ff. de fideicom. libertatibus*, concludit pro affirmatiua. Motus: nam testamentum imperfectum probat defuncti voluntatem, *lege fin. ff. de reb. eorum*. Eam *Bart. traditionem* sequuti sunt infiniti, & præcipue 18. Scribentes, quos ordinatim retulit, ac sequutus est *Clar. vir D. Menoch. d. consil. 224. n. 24.*
- 41 Contrariæ autem sententiæ, post *Aretinum, Boerium*, ac alios, adhæsit *Dom. Iulius Clar. in dicto §. testamentum, citata q. 7. n. fin.* docuit enim is, communem eam opinionem quod, quando cumque testator decessit, priusquam integrè voluntatem suam explicauerit, tale testamentum non dicitur deficere ratione solemnitatis, sed ratione voluntatis, & ideo non valet, neque etiam fauore piæ causæ; Adde *Mynsing. Centur. 5. Observatione sua 28. vbi* subdit ita indicatum. Et aduerte, quod est mirabilis Decisio. & in terminis relictæ ad piam causam. Eandem opinionem post *Ferdinand. Vasquium*, & alios insecutus est etiam *Crassus in §. testamentum, q. 1. n. 2. vbi pulchrè*, Vide quoque *Antonium Fabium in suo, C. de Fabiano, lib. 6. tit. 5. definitione 27. per totam, vbi latè*.
- 42 Sed a supradicta prima opinione haud recedendum opinor, quampluribus rationibus motus, contraria quæque resoluendo, acutissime firmat, & comprobat idem *Clar. D. Menoch. d. n. 24. cum seq.*
- 43 Nec officit Autoritas prædicti *Clari*, & aliorum per ipsum relatorum. Eam enim eleganter enervat idem *D. Menoch. d. conf. n. 28. cum seq. eum omnino consulat*.
De materia tamen prædicti casus, videndus *Franciscum*
- Vinius Opintone sua 880. n. 1. vbi eleganter*.
- 44 Quintus potest proponi casus, qui quidem alias Paduæ contigit, & talis est. Magnifica *D. Elisabeth de Aliprandis*, olim vxor Magnifici Domini Hieronymi de Candis, Equitis, dum de mense Septembris anni 1577. in hac ciuitate Paduæ esset in domo sua sequestrata ob pestem, die 15. dicti Mensis Septembris, sua manu conscripsit cedulam, deinde paucos post dies, dum liberata se contulisset ad eius Villam Taurilia, agri Parauini, secumque portasset schedulam prædictam, decessit die 21. dicti mensis, post cuius mortem statim reperta fuit dicta cedula in peruia, vulgo dicta, *la scarjella* eius vestis, vel vt aliqui testes dicunt, super eius mensa in suo thalamo, seu cubiculo, qua quidem in cedula cum scriptum reperiretur, ipsam *Dom. Elisabeth*, fecisse heredem monasterium Sanctæ Iustinae Paduæ; Reuerendi Domini Monachi petierunt a *Clar. Dom. Pratore* huius ciuitatis Paduæ, vt iuberet dictam cedulam releuari in vim, & formam testamenti.
- Contradicebant eiusdem *D. Testatricis* cognati, asserentes se heredes esse ab intestato, & schedulam illam in vim testamenti releuari, nec posse, nec debere. Et quia, credebant Reuerendi ipsi, abunde fuisse probatum, eam schedulam fuisse conscriptam manu ipsius *Dom. Equitis*, solum apud eos de his dubitari continebat.
- Primò, an schedula hæc dici deberet perfecta ratione voluntatis, ex quo in fine non continebat aliquam clausulam significantem perfectionem, & complementum scripturæ, cum subscriptione nominis ipsius testatricis, ita vt dici posset per ipsam scripturam potius apparere, quod *Domina Eques* se præparauerit ad testandum, quam quod perfecte testata sit.
- Secundò contingebat dubitari, an ex quo ipsa *Dom. Eques*, non disposuit de omnibus bonis suis, sed tantummodo de maiori parte immobilium, iure sustineri posset sua hæc dispositio.
- Tertiò ambigebatur, an hæc ipsa schedula vim testamenti obtinere deberet, cum nulli adscripti essent in ea testes, & duo saltem requirantur in testamentis conditis ad pias causas.
- Quartò dubitabatur, an adhibenda esset fides huic cedula, cum reperta non fuerit recondita in aliqua sua arca, sicuti videtur requiri, quando parentes testantur inter liberos, ex sententia multorum, in *Auth. Quod sine, C. de testamentis*.
- Quintò, & ultimo, erat contentio, an hæc cedula iure testamenti sustineri posset, ex quo in ea non erat adscriptus locus, in quo conscripta fuit.
- 45 Super his omnibus difficultatibus consultus illustris, & magni nominis *Iurisc. ac æterna memoria dignus Clar. D. Menoch. quid iuris, conf. suo 224. per totum in tertio*, respondit in omnibus ad fauorem dictorum Reuerendorum patrum, videlicet pro validitate, ac releuatione iam dictæ cedula, ad eum beneuolum lectorem relego.
- Et hæc pauca de hac materia tetigisse sat sit.
- 46 Pleniori autem cornu differunt de ea Scribentes omnes, in dicta l. hac consultissima, & præcipue *Natta, P. Gilkenus, ac Ioannes Dauth. Tiraquell. de priuil. pæ causæ: Card. Mantica de Coniecturis lib. 6. tit. 3. & nouissimè Illustr. D. Card. Tuscus in conclusionibus suis in verb. testamentum ad pias causas, eos consulto*.



ADDITIONES AD TRACTATUM

De Scriptura priuata

D. NICOLAI DE PASSERIBVS
A. IANVA I. C. PATAVINI,

Ab eodem nuper editum.

AD LIBRUM PRIMVM.

QVÆSTIO II.

Numero 3. ibi, & Oldendorpium de Executoribus vltimarum voluntatum titulo 8. num. 23. adde, Hoc vnum aduerte in hac materia antapochæ, quod de iure sicuti creditor tenetur facere debitori soluenti apocham solutionis, ita econtra debitor creditori facere vnam antapocham, in qua contineatur, se soluisse debitum ipsum creditori, quod est necessarium in annuis, vel mensuris debitis. *Textus de hoc est apertissimus in d. l. plures apochis, C. de fide instrumentorum, sequuntur DD. ibid. & precipue Baldi, vbi latè discurrit de supradicta materia. Iure merito autem dixi, De iure, hoc enim apud nos minimè praticatur.*

QVÆSTIO IV.

Num. 1. ibi, Paul. Cardin. Tuscum in suis singularibus in littera S. numer. 9. adde; Dom. Euerhardum Bronchoft. *ep. v. r. p. q. v. a. v. Cent. 2. assertione 98. vbi nonnulla contraria dissoluit.*

Ibid. Solam in Consuetudin. Sabaudie pag. 207. n. 2. adde, & Clarifs. D. Aldouinum consil. 13. n. 8.

Num. 3. ibi, Recognita, adde, & est in certa, & ibi Guidobon. aduocatione sua 99. num. 10. addas. His adiungas quoque D. Card. Tuscum conclusionem suam 76. num. 14. in littera S. D. Borgninum Cauale. decis. sua 27. num. 15. parte 2. D. Frideric. Pruchman. consil. suo 18. num. 5. in 2. D. Hercule. Marefcot. Variarum lectionum lib. 1. cap. 79. num. 1. & Clar. D. Farinac. in sua decisio. nouiter nouiss. Rotæ Romanæ 328. num. 8.

Num. 4. ibi, Vel iustificata, legas sic, Vel non est iustificata.

Num. 5. ibi, & Natta consil. 169. num. 15. in 3. adde, Ca-

ualecanum dicta decisio. 27. n. 63. vbi latè.

Num. 7. ibi, Rubeus consil. suo 38. num. 8. in 2. addas, Cardin. Tuscus d. conclus. sua 76. in primis numeris, in littera S, vbi latissime, Nicolaus Euerhard. iunior lib. 1. consil. suo 57. num. 14. & Ioannes Koppen.

Num. 11. ibi, addo Euerhard consil. 470. numer. 7. adde, & Dom. Regner. Sextiu. inter consil. Valcei, consil. 11. num. 29. in 2.

Num. 15. ibi, Francisc. Milanens. decis. 13. num. 129. lib. 2. adde, Item quando caret nomine, & cognomine ipsius scribentis, & pro quo scribitur, ad tradita per D. Purpur. consil. suo 97. n. 2. & sic quando ignoratur, cuius manu sic conscripta, ad congesta per Dom. Fridericum Pruchkman. consil. suo 18. n. 66. in 2.

Num. 17. ibi, Leonard. a leg. consil. suo 65. numero 22. legas ita. Leonard. a leg. consil. suo 29. num. 4. & consil. suo 9. volum. 2. consil. 462. num. 7. sequitur Botta, consil. suo 65. num. 22.

Num. 18. ibi, Rebuff. in suo tractat. de Chirographorum, & c. num. 8. cum seq. vbi pulchrè, adde, & D. Cardin. Tuscum d. conclus. 26. num. 11. cum sequentibus, addas quoque Dom. Simon de Pretis, de interpretatione vltim. volunt. lib. 2. pag. 141. n. 20. cum seqq.

Num. 31. ibi, Aldouinus consil. 26. num. 39. vbi pulchrè addas.

Septimo ampliatur, vt nec etiam probet scriptura priuata facta per modum attestacionis, & fidei, quia adhuc dicitur priuata, & non probat. Sic præcisè post alios Illustr. Dom. Card. Tuscus, conclusionem suam 26. num. 9. in littera S.

Num. 32. Ampliatur 8. vt h. ec. & c.

Num. 46. ibi, Vbi latè de hac materia, addas, D. Hektorum Felicium in suo tract. de Societ. cap. 29. n. 8. cum seq. vbi pulchrè, & D. Rugerum, & c.

Num. 47. ibi, post nonnullos ibi relatos, adde Borgninus Caualecan. p. 2. decis. sua 27. n. 18.

Num. 54.

Num. 54. ibi, satis, adde, adeas quoque *Cardin. Tuscum dict. conclus. 26. num. 22. cum sequentibus*, aliter etiam conciliat *Dom. Canalcan. dicto num. 18. cum sequentibus*, vide per eum.

Extenditur non dō, vt idem iuris existat, licet producat scriptura, in qua quis asserat se esse debitorem puta *Mauij* in centum: nam ex ea probatur solummodo confessio, non autem debitum. Sic eleganter post alios *Clarifs. Iuriscons. Dom. Petrus de Caball. consil. suo 121. num. 19. in 2.*

Num. 70. ibi, *Menoch. consil. suo 508. n. 20. adde, Illustr. D. Card. Tuscum d. conclus. sua 26. num. 100. Heftorem Felicium Allegatione sua 11. n. 3. par. 1.*

Num. 74. ibi, *Bertazol. cit. cons. 431. num. 12. adde, Neminus, quod sit praescripta, sed sufficit ita fuisse obseruatum. Felicius post alios d. Obseru. 11. n. 31.*

Num. 91. ibi, *Tuscus conclus. sua 623. in littera C, per totam, a lde, & D. Hercules Marefcotus, variar. resolut. lib. 2. cap. 45.*

Num. 106. ibi, *Beust. in repetitione l. admonendi, num. 945. adde, & Clarifs. D. Petrum de Caball. consil. suo 123. num. 16. in 2. vbi tradit, quod confessio facta sine causa, inefficax est, etiam inter mercatores, nec probat contra confitentem, & subnequit etiam, quod non sufficit causa, nisi sit verisimilis, & latius, vt per eum.*

Num. 107. ibi, *Casu 33. circa principium, adde, & sequutus est D. Canalcan. dicta decis. sua 27. num. 66. vbi infinitos alios concordantes deducit.*

Num. 120. ibi, *Scacciam relati, adde, infinitos alios relit, ac sequutus est D. Marc. Ant. Maceratenf. variar. res. lib. 2. resolut. 4. n. 7.*

Num. 121. ibi, eleganter edifferit, adde, Adeundus quoque de hac materia *D. Amator Rodriguez in suo tractatu de executione sententiae, cap. 1. art. 2. per totum, vbi latissimè.*

Num. 125. ibi, cum sexcentis alijs, adde, & *Dom. Nicolaum Euerhard. iuniorum, consil. suo 13. numero 50. & 51. volum. 1. vbi post infinitos concordantes adductos subdit, priuatam scripturam ab ipso scribente agnitam, eumdem vim habere, ac si esset a publico tabellione confecta, & latius vt per eum, videndus idem lib. 2. consil. 10. nu. 86. & dicto consil. 13. num. 56. vbi tradit, quod ipsius scripturae priuatae recognitio in iudicio facta, habet vim iudicati. Et ibid. *Rebuff. d. tractatu num. 97. adde, & Clarifs. D. Petrum de Caball. in terminis terminantibus consil. suo 35. num. 1. in 2.**

Num. 136. ibi, vbi exactissimè, adde, & *Dom. Nicol. Euerhard. iun. consil. suo 6. num. 41. volum. 2. adiungas pariter Clarifs. D. Farinacium, decis. sua 321. num. 2. vbi tradit, quod apocham pro rata suae portiois dumtaxat subscribens, & absque clausula in solidum, pro toto debito non dicitur obligatus, & latius vt per eum.*

Num. 137. ibi, *Menoch. consil. suo 409. num. 4. adde, siue ipsimet sint haeredes vniuersales, siue singulares, ad tradita post Socinum, & Baldum per eundem Clarifs. D. Menochium, consil. suo 287. n. 11.*

Num. 139. ibi, de probationibus adde, & *Dom. Treuifanum dicta decis. 6. num. 7. praecitato adiungas etiam Dom. Regnerum Sixtinum inter consil. Vultei, volum. 2. consilio 8. num. 7.*

Num. 141. ibi, Vide per eum, adde, Coarctatur autem supradicta principalis limitatio, quando in ipsa scriptura priuata causa minimè contineretur: nam tunc ipsamet scriptura contra etiam scribentem minimè probaret; ita pulchrè post alios *D. Honded. consil. suo 39. numero 57. in 2. conferunt scripta infra num. 254. & infra lib. 2. cap. 1. num. 2. cum seqq.*

Num. 151. ibi, *Monald. consil. 151. num. 8. adde, & Clar.*

D. Petrus Caball. consil. suo 45. num. 1. in 2.

Num. 152. ibi, addo *Cephal. consil. suo 374. num. 57. & 454. num. 30. addas, & Clarifs. D. Peregrin. consil. suo 61. nu. 10. versic. 2. vol. 1. adeundus idem decis. sua 95. num. 13. vbi docet alterius, quod qui semel producit scripturam, in iudicio, non potest productionem reuocare, maxime parte reluctante. Adducit post *Felin. Roman. Cranet. & alios Guid. Papam quest. sua 243. vbi subdit, quod ita in Curijs obseruatur.**

Num. 165. ibi, *Schradet. in dict. leg. admonendi, num. 260. Addas Dom. Borgninum Canalcan. lib. 2. decis. sua 27. numero 33.*

Num. 172. ibi, Ne vxor pro marito, adde, Amplia, vt dotis etiam constitutio probetur per ipsam scripturam priuatam, nec sanè mirum: Dos enim constituta nudis etiam verbis probari potest, ad tradita per *Cardin. Tuscum conclus. sua 722. num. 7. in littera D. An autem dotis scriptura ipsa priuata praferatur instrumento publico, necne, in praesentiarum non discutio, sed videndi scribentes in l. 1. ff. solut. matrim. & in specie Cardin. Paris. ibid. num. 20. & *Crotus num. 28.**

Num. 189. ibi, ius patronatus, adde, id quod etiam sentit *Gratus, Respons. 9. num. 10. in 1.*

Num. 190. ibi, Vbi latè, adde, adiungas *Dom. Franciscum Personalem, de iudicij, & tortura, quaestio. 14. numero 7.*

Num. 191. ibi, *Guido Pap. quest. sua 582. num. 4. addas, & Dom. Petrum Henriquez. consilio suo 56. numero 36. in primo.*

Num. 196. ibi, in littera S, adde, *Francisc. Marc. quest. sua 540. num. 6. volum. 1. & Dom. Marc. Anton. Eugen. consilio suo 44. num. 15. cum sequentibus in 1. Differunt quoque, Scribentes omnes, & praecipue Albericus in l. 6. ff. de religiof. & sumpibus funer. His omnibus addas Clarissim. *Aldouin. consilio suo 111. num. 74. vbi tradidit scripturas in lapidibus sculptas probare identitatem domus, & familiae.**

Num. 204. ibi, multos deducit, adde, His adiungas *Illustrifs. Dom. Cardin. Tuscum, conclus. sua 531. in littera S, per totam, vbi statutum ipsum circa executionem apocharum, seu scripturarum priuatarum qualiter intelligatur, an procedat, eleganter edifferit, ipsum consulas.*

Et ibi, plures alios concordantes deducit, adde, Amplia, vt in isto praeciso casu oriatur quoque probatio contra tertium; ita pulchrè post plures relatos, *Clarifs. Dom. Menoch. consil. suo 787. num. quinto. quem omnino consulas.*

Num. 207. ibi, & capit. 2. in fin. adde, De materia tamen huiusce limitationis, adeundus omnino *Clarifs. vir Dom. Farinac. Fragmentorum Crimin. parte 1. num. 143. cum sequentib. vbi post relatas infinitas Scribentium auctoritates pro vtraque parte, opinionem affirmatiuam, tandem tuetur, atque amplectitur, ea tamen intelligentia adiecta, quando nulla adest suspicio, quod pater voluerit scribere falsum: secus si aliqua falsitatis vgeret suspicio tempore ipsius scripturae, & latius vt per eum, quem omnino consulas.*

Num. 209. ibi, Inficit. de iure naturali, adde, Amplia, vt scriptura ipsius Principis priuata suo sigillo roborata, fidem etiam faciat quoad sui fauorem. Ample *Dom. Purpuratus, consil. suo 120. numero 6. & consilio 270. numero 17.*

Num. 225. ibi, Instrumentum, adde, id quod doctum fait quoque per *Dom. Fridericum Pruchkmanum consil. suo 8. n. 16. cum seqq. vol. 1.*

Num. 226. ibi, *Florentina 122. num. 5. adde, Adiungas Clar. D. Fachmeum lib. 3. consilio suo 28. n. 1.*

Num. 231. in fine ibi, & inferius docebitur, adde, An autem

autem quando scriptura ipsa priuata est à parte recognita, vt quia recognouit debitor chirographum, puta, productum, fuisse manu sua scriptum, exequi possit, quando ex ipsa constat debitum iam esse prescriptum, in presentiarum non discutio, sed ad eundem *D. Ioannes Gutierrez. Practic. q. lib. 1. q. 124. per tot. vbi eleganter.*

Num. 232. ibi, & 1300 num. 1. adde, & Domin. Cardin. Tuscus d. conclus. sua 76. num. 91. vbi ampliat id procedere, etiam si scriptura ipsa non sit subscripta.

Num. 243. ibi, inducenda, adiungas, adde, nam scriptura antiquissima plenè etiam probat, licet non recognita, ad tradita per D. Cardin. Seraphin. decis. sua 333. num. 1.

Num. 246. ibi, & sequenti, adde, Amplia, vt idem iuris quoque sit, quando scriptura ipsa reperitur sigillata sigillo ipsius debitoris, sic post Alexand. Cardin. Tuscus d. conclus. sua 76. numer. 71. & conclusion. sua 239. num. 5. in dicta littera S, nec fanè miram: sigillum enim inducit consensum, & ratificationem apponentis suum sigillum, prout ipsemet Cardin. Tuscus subsequitur, dicta conclus. 239. num. 8. latius vide per eum dicta conclusione per totam; adde, quod scripturæ alterius scienter apponens sigillum suum, censetur omnia in ea contenta approbasse, ad tradita per Nicol. Euerhardum iuniorem, vol. 2. consil. 25. num. 15.

*Num. 254. ibi, num. 263. in fine, adde, Hoc idem sequutus est etiam D. Caualecan. dicta decis. 27. numer. 64. cum sequent. vbi quoque subdit, quod dicta scriptura priuata sine causa vt imperfecta non valet, nisi ex verbis colligetur ipsa causa, vt quando in ea diceretur: *Mi chiamo in verita vero, & legitimo debitore*, illa enim verba, nil aliud important, nisi quod fateor me in veritate fuisse, & esse verum, & legitimum debitorem, & sic ex certa scientia, & non per errorem. Quando autem quis ex certa scientia confitetur se debere, confessio, & constitutio illa dicitur continere causam, & valet, adducit *Alex. consil. 4. num. 17. cum seqq. in 1. idem iuris subdit esse si in ipsa scriptura continerentur illa verba, per conti tra noi fatti*, ea enim demonstrat causam, quia redditio rationis, & calculus sæpè factus, & stabilitus, ostendit causam præcessisse, ob quam calculus ipse factus fuit, vnde scriptura ipsa valet, adducit que de hoc Alexandrum, ac alios, addo etiam Iodocum.*

Num. 255. ibi, num. 183. cum seq. adde, & consil. suo 402. numer. 80. &

Post summarium numero 277. adiunge hæc sequentia.

278 Religiosi, & defuncti alicuius priuata si extet de aliqua re scriptura au plenè probet.

279 Priuata scriptura an sine aliqua difficultate consinia probare possit.

280 Subscriptio nulla licet adsit in priuata scriptura quandoque, & quidem plenè tamen probat.

281 Subscriptio partium, & recognitio in priuata scriptura eius est virtutis, vt plenariè probet, ita vt vim etiam publici instrumenti obtineat.

282 Priuata scriptura Cardinalis alicuius manu subscripta, ex statuto Almae Urbis vim publici nanciscitur instrumenti.

Num. 277 in textu ibi, num. 6. in 3. adiungito,

278 Addas etiam, quod scriptura priuata religiosi, & mortui plenè probat, idem *D. Cardin. Tuscus d. conclusion. 76. num. 43. & 44. vbi præcipuè subdit hoc procedere, maxime quando ipsa scriptura est declaratoria voluntatis, & latius vt per eum.*

279 Adiungas pariter, quod scriptura ipsa priuata de facili probat, quando agitur de probatione consinium, quia pro ipsis probandis sufficiunt quoque præsumptiones, & adminicula, sic præcisè post *Nattam, Corneum, Hieronymum à Monte, D. Mascard. ac alios Illustr. D. Card. Tusch. dict. conclus. 76. num. 57.*

Subiectas similiter aliam limitatione, que est, quod scriptura ipsa priuata, omitta etiam omni subscriptione plenè probat, quò ad eius prescriptum partes se conformarunt, eaque obseruarunt, quæ eiusmodi scriptura iusserat, atque preceperat, sic in specie post infinitos relatos, tradidit eleganter *Fridericus Pruckkmanus consil. suo 2. num. 394. volum. 1.*

281 Subiectas etiam, nam quod priuata scriptura habens partium subscriptionem, & recognita, plenam fidem facit, & habet vim publicæ contra ipsum debitorem, licet in ea non sint testes adhibiti; Sic præcisè post alios docuit eleganter *Clariss. Dom. Hercules Marescotus variar. resolut. lib. 1. cap. 79. num. 9. & 10. vbi subiicit ad hunc effectum, fatis esse, quod sit subscripta solo debitore, quando de eius sola tantum obligatione agitur, quidquid dicendum si esset vltro, citroque obligatoria, ibique post infinitos concordantes adductos; subiicit ita fuisse decisum in vna Romana pecuniaria 3. Decembris 1593. coram Cardinali Pamphilio.*

282 Adijcias quoque, nam quod scriptura priuata manu Cardinalis subscripta, vt statuti Almae Urbis Romæ, vigorem obtinet publici instrumenti, & executionem paratam habet, sic pulchrè meminit *Clariss. vir D. Farinac. decis. sua Rota Romanae nouiter nouiss. 272. num. 1.*

Succedit huic loco in textu num. 283. qui in impressis est cum nota numeri 278. & incipit; Alios etiam, &c.

Ad Quæstionem, An scriptura priuata veniat appellatione instrumenti.

Numero 5. ibi, de fide instrumentorum, adde, & l. notionem, §. instrumentorum, ff. de verb. significat. cum concordantibus.

Num. 29. ibi, cum duobus seqq. adiungas, addo D. Seraph. de priuileg. iuramenti priuilegio 77. nu. 18. & 19.

Ad Quæstionem, An scriptura priuata ex Archiuo publico sumpta fidem faciat.

Num. 11. ibi, pulcherrimè, adde, & D. Cardin. Seraphin. decis. sua 642. num. 1.

*Num. 40. ibi, lectorem remitto, adde, sciendum sexto, supradictam regulam limitari, nam scriptura ipsa priuata pro tertio, contra tertium, etiam si in archiuo publico reperta fuerit, non probat. Sic eleganter *Clariss. Dom. Fridericus Pruckkman. consil. suo 1. num. 632. in 2. 21. Et hæc sufficiant.**

Ad quæstionem, An scriptura priuata ad sui validitatem requirat de necessitate diem, vel annum.

Num. 1. ibi, concordantes deducit, adde, & D. Regnerum Sixtinum inter consil. Pulter, vol. 2. consil. 8. nu. 4.

Num. 10. ibi, Clausula 1. num. 8. adde, & Illustr. D. Cardin. Tusch. conclus. sua 76. nu. 83. in littera S.

*Num. 20. ibi, d. tract. num. 96. adde, 21. Coarctatur secundo, quando scriptura ipsa non est absolutè priuata, sed propter testes subscriptos, vel alio respectu accedit ad publicam, vel publica reputator, nam tunc exigit locum. Sic præcisè post alios docuit eleganter *D. Purpureat. consil. suo 462. numero 18. vbi quoque rationem deducit, dicens: nam si scriptura priuata debet assumere robur publici instrumenti, congruit, vt habeat annum, diem, & locum, sicut publicum instrumentum habere debet, & latius vt per eum omnino consulat.**

Ad Quæstionem, Vtrum falsificans scripturam priuatam, falsi pœna puniatur.

Num. 36. ibi, vide per eum, adiungas, adde, *Cardin. Tuscburni conclus. sua 691. num. in littera S.*

Num. 27. ibi, vbi latè, addas *D. Hubertinum Zuecharum cons. suo 27. num. 11. & 12.*

Numero 41. ibi, puniendus, addo, & sic ordinaria.

Num. 50. ibi, falsitas secundum, addas, eum.

Ad Quæstionem, Falsitatis, & quando præsumatur ex apostilla, seu additione reperta in scriptura priuata.

Num. 7. ibi, num. 44. in 2. adde, vel super id, de quo quaritur.

Num. 9. ibi, casu 187. numer. 39. adde, adiungas *D. Purpuratum cons. suo 297. num. 2.*

Ad Quæstionem, Falsitatis præsumptio, an, & quando oriatur ex cancellatione reperta in scriptura priuata.

Num. 5. ibi, conclus. sua 255. numero 2. addas, *Cardin. Tuscum dict. conclus. sua 76. numer. 78. in littera S.*, *Nattam consil. suo 633. num. 8.*

Num. 9. ibi, inter ceteros DD. addas, *Barnabam, Cornazzanum decis. sua 163. & D. Mascard.*

Num. 24. ibi, tetigisse, adde, His omnibus adiungas eruditiss. *D. Alexandr. Trentacinquium variar. resolut. lib. 2. Resol. 11. tit. de fide instrum. per tot. vbi elegantissime.*

Num. 25. ibi, vbi latissime, adde, & *D. Trentacinquium, dict. resolut. 11.*

Ad Quæstionem, De præsumptione falsitatis oriente ex abrasione scripturæ priuatae.

Num. 1. ibi, quæst. 99. num. 20. adde, & *Dom. famil. Borel, cons. suo 23. num. 6. cum seqq.*

Num. 32. ibi, retulisse adiungito, adeas quoque *Ludouicum Schuartz Maier. Miscellan. lib. 1. c. 2. vbi de materia.*

Ad quæstionem, De præsumptione falsitatis oriente ex diuersitate manus in scriptura priuata.

Numer. 2. ibi, consulas, adde, & per *D. Petrum Surdum, cons. suo 187. num. 17.*

Ad quæstionem, De præsumptione falsitatis oriente ex contrarietate, & repugnantia scripturarum priuatarum.

Num. 1. ibi, cons. suo 199. num. 16. addas, & *D. Camil. Borel, rel. post plures alios relatos, cons. suo 23. nu. 5.*

Num. 2. ibi, C. de fide instrument. adde, & *Dom. Hercules Marescotus variar. resolut. lib. 1. capit. 82. vbi si duo instrumenta, seu scripturæ diuersæ productæ reperiantur, cui magis standum sit, omnium elegantissime edocet, atque declarat, cum omnino consulas, nam sub num. 12. cum sequentibus, tractat præcipue, quando concurrunt duæ scripturæ contractæ, vna scilicet publica, & alia priuata, quid iuris scilicet existat.*

Ad Quæstionem, De pluribus alijs, ac diuersis præsumptionibus falsitatis resultantibus ex scriptura priuata.

Num. 36. ibi, fumo infecta, adde *Camil. Borell. consil. suo 23. numer. quinto, vbi de pagina atramento conspersa, & maculata.*

Hypotheca an oriatur ex scriptura priuata, veluti apodiffa.

Q V A E S T I O X.

S V M M A R I V M.

- 1 Hypotheca non oritur ex scriptura priuata regulariter.
- 2 Amplia.
- 3 Fallit, dummodo constet de voluntate contrahentium hypothecam ipsam constituere volentium.
- 4 Ratio.
- 5 Non oritur hypotheca ex scriptura priuata ad præiudicium instrumenti publici, nisi ipsa sit trino teste subscripta.
- 6 Oritur hypotheca ex scriptura priuata redacta in instrumentum saltem a die instrumenti.
- 7 Recognitio chirographi cum hypotheca bonorum, an, & quando retrotrahatur, videndi, *Costa, & Guttierrez.*

1 **H** Vic quidem difficultati satisfaciendo, concludere breuiter ꝑ pro negatiua, sic præcisè, & ex professo pluribus rationibus motus, docuit subtilis *Antonius Faber de erroribus pragmaticorum, pag. 1. decad. 1. Aeneid. vbi quoq; Boerij, Cepol. ac aliorum opinionem improbauit, dum rati sunt, debitorum omnia bona tacito pignoris iure creditoribus hoc ipso esse obligata, licet de pignore ipso nullo modo conuenerit. Sic etiam sentit D. Polidorus Ripa, Obseru. sua 336. nu. 1.*

2 Amplia, ꝑ vt ex ipsa scriptura priuata, nec etiam oriatur hypothecam, etiam si partes conuenerint, vt scriptura ipsa priuata vim publici habeat documenti, sic præcisè idem *D. Ripa, dict. Obseruat. numer. 2. & 3.*

3 Fallit autem ꝑ isthæc Conclusio, dummodo constet de mente contrahentium ipsam hypothecam volentium, constituere: nam tunc sine dubio ipsa per scripturam priuatam potest constitui, ad tradita per nos intra ad interpretationem *leg. scripturas, Cod. qui potiores, numer. 2. conclus. 2.* Nec sanè mirum simplici ꝑ enim voluntate hypotheca ipsa constitui potest; pulchrè *Cephal. consil. 41. num. 19. in 1. & sequutus post plures relatos Illustr. Dom. Card. Tuscburni conclus. sua 79. nu. 77. in littera S.*

4 Nota tamen, ꝑ quod ad præiudicium instrumenti publici hypotheca non competit ex apodiffa, seu scriptura priuata, nisi ipsa sit trino teste subscripta, & sic sit scriptura sollempnis. Sic præcisè voluit dicere idem *D. Cardin. Tuscburni conclus. sua 116. n. 1. in littera H.* & nos latius infra ad interpretationem dictæ legis scripturas, addo *Ripam dict. Obseru. 336. num. 1.*

5 Nota tamen, ꝑ quod ad præiudicium instrumenti publici hypotheca non competit ex apodiffa, seu scriptura priuata, nisi ipsa sit trino teste subscripta, & sic sit scriptura sollempnis. Sic præcisè voluit dicere idem *D. Cardin. Tuscburni conclus. sua 116. n. 1. in littera H.* & nos latius infra ad interpretationem dictæ legis scripturas, addo *Ripam dict. Obseru. 336. num. 1.*

6 Coarctato secundo principaliter: ꝑ nam hypotheca oritur ex scriptura priuata redacta in instrumentum, saltem a die instrumenti. Sic præcisè idem *D. Ripa, dicta Obseruat. 336. num. 4. vsque in finem,* vbi tamen id sublimitat in casu, de quo per eum, quem consulas.

7 An autem, & quando ꝑ recognitio chirographi cū hypotheca

potheca bonorū, retrotrahatur, necne, differit inter alios
Joan. Baptista Costa, in suo tract. de retrotrah. casu 6. capit. 8.
 per totum, vide per eum. Adas quoque *D. Joannem Gut-*
tierez. Practicar. quest. lib. 1. q. 125.

Ad quæstionem illam, An scripturæ priuatæ
 defuncti magis credatur, quam
 viuentis.

Circa Summarium. Num. 7. ibi, explicatur, adde,

8 Pulchra quæstio proponitur.

Circa textum. Num. 7. ibi, & conclusio. 80. in littera S.
 adde.

8 Sed pulchram quæstionem, ꝑ quam a Scribentibus ex-
 citari vidi, hic prætereundam haud censeo; & est. Quid si
 fideiussor in articulo mortis constitutus, scripturam con-
 fici curet, & in ea se pro principali suo pecuniam debi-
 tam soluisse insertum sit, an per eam solutio talis probata
 censeatur, ambigitur *Clarifs. D. Henric. Oldemburgicus de*
fideiussor. cap. 20. §. 1. num. 74. cum seq. discussio ad partes
articulo, concludit tandem pro negatiua, quod limitat,
prout ibi, ipsum consulto.

Ad Quæstionem illam, Qualiter recognitio pri-
 uatæ scripturæ fieri debeat.

Num. 7. ibi, *Diui Adriani toll. addas.* Coram quo iudice
 autem clericus præcipue teneatur suam apocham reco-
 gnoscere, in præsertim non discutio, sed videndi *Boer.*
decis. sua 113. numer. 8. & Illustrissim. Dom. Cardin. Tuscus
conclus. sua 386. numer. 41. in littera C, & conclus. 451. num.
21. in littera I.

Num. 8. ibi, numer. 102. adde *Adiungas D. Joannem Gut-*
tierez. Practicar. quest. lib. 1. quest. 125. vbi, an, & quando
recognitio scripturæ priuatæ facta à parte in iudicio,
præiudicet alijs creditoribus, & a quo tempore incipit ip-
sus prælatio, elegantissimè disceptatur, vide per eum.

Ad illam Quæstionem, An per scripturam priua-
 tam probetur delictum.

Num. 3. ibi, concordantes deducit, adde, *adiungas D.*
Didacum à Cantera in suis quest. criminal. pag. mihi 353.

Ad illam Quæstionem, Vtrum exemplum scriptu-
 ræ priuatæ probeat.

Num. 15. ibi, *Mascard. d. conclusio. numer. 13* adde, Am-
 pliatur quarto, vt eo magis regna supradicta procedat, si
 produceretur exemplum exempli, & sic copia copiar. Sic
 præcisè post infinitos relatos, *D. Borgninus Caualean. libr.*
5. decisione sua 34. numer. 10.

Num. 36. ibi vtilitate statui, adde, adeas, quoque, *Dom.*
Herculem Marefcotum variar. resolut. lib. 1. cap. 81. numer.
9. cum seqq. vbi latè.

Num. 44. ibi, *d. cons. 924. num. 32. adde 45.* limitatio 10.
 quando exemplum ipsius scripturæ in archiuo reperitur,
 nam tunc illi standum est, etiam si scriptura ipsamet ori-
 ginalis minimè inueniatur. Sic præcisè post plures addu-
 ctus, idem *D. Marefcotus d. cap. 81. num. 15. cum sequentib.*
 vbi etiam qualiter ista limitatio procedat, ac intelligatur,
 omnium elegantissimè disceptatur, cum omnino cōsulas.

Num. 45. ibi, *d. consil. 924. num. 35.* adde, & post infini-
 tos propè relatos *D. Marefcotus dict. c. 81. num. 5. cum seqq.*
 vbi pulchrè, & ibi, sat sit, adde, latius de materia videas
 penes præfatum *Marefcot. d. c. 81. per totum, vide per eum.*

Num. 46. ibi, *dict. conclus. 711. per totam, adde, & conclus.*
sua 928.

Ad secundam Conclusionem ex l. scripturas.

Num. 2. ibi, creditori, adde, sequutus est supradicta
 omnia *Illustriss. Dom. Card. Mantica. de tacitis lib. 11. tit. 24.*
num. 1. & 2. vbi pulchrè.

Num. 3. ibi, prælatio diem, adde sequutus est quoque,
Clarifs. D. Stephan. Gratian. Disceptat. sua 289. num. 29. vbi
pulchrè discurre, & Illustr. Mantica. d. tit. 24. nu. 3. cogita.

Num. 7. ibi, *resolut. 12. num. 20. adde, & Dom. Vincentium*
de Franchis decis. sua 95. quem retulit ac sequutus est Clar.
D. Marta in leg. 1. quest. 2. numer. 14. ff. solut. matr. his adiun-
gas Illustr. D. Cardin. Mantica d. tit. 24. num. 14. vsque in fi-
nem, vbi pluribus rationibus comprobatur, cum omnino
consulas.

Num. 8. ibi, & *Morla præcitato numer. 15. adde addiun-*
gas D. Borgninus Caualean. lib. 2. decis. sua 27. num. 17. vbi
infinitos propè concordantes deducit.

Num. 13. ibi, vbi pulchrè addas, & *D. Herculem Mare-*
fcot. variar. resolut. lib. 1. cap. 79. numero 12. His adiungas
Illustr. D. Card. Mantica, d. tit. 24. nu. 4.

Num. 15. ibi, *cons. suo 103. numero 3. adde, & Ludouicus*
Moretus in 2. quest. De secundo creditore offerente inser-
ta post eius consilia, pag. mihi 542. nu. 49. His addas Dom.
Guttierez. Pract. conclus. lib. 1. q. 125. nu. 5. vbi pulchrè.

Num. 16. ibi, *quest. 111. numer. 6. adde adiungas pariter*
Illustr. Dom. Cardin. Mantica d. tit. 24. numer. 6. vbi subdit
ita in Rota receptum, teste Caputaquense decis. 112. lib. 3.
sed, ex &c.

Num. 18. ibi, subneçit, adde, adnectendus quoque *Clar-*
ifs. Marefcotus d. cap. 79. numero 13. cum seqq. vbi latè, &
D. Steph. Gratian. Disceptatione sua 391. numer. 7. & 8. vbi
subdit, etiam sic fuisse decisum per Rotam Romanam
coram Cardin. Seraph. 23. Maij anno Domini 1589.

Num. 26. ibi, *d. glos. 7. num. 59. adde, His addas Illustr. D.*
Card. Mantica. dict. tit. 24. num. ... vbi pulchrè.

Num. 43. ibi resoluit, adde. Hanc eandem sententiam
 vti veriore amplexus est quoque *Illustriss. Dom. Cardin.*
Mantica dicto titulo 24. numer. 7...44. Sed quid iuris sit,
 scilicetaberis. Si partes conuenerint, vt priuata ipsa
 scriptura vim habeat publici instrumenti, an per hoc
 præferatur instrumento publico posteriori. *Illustr. Mant.*
d. tit. 24. num. 64. in fine, concludit pro negatiua. Conside-
 rat enim, quod tale pactum vim habebit tantummodo in
 præiudicium ipsarum partium scribentium, non autem
 quod præiudicium alterius, ibique nonnullos concor-
 dantes deducit.

Ad tertiam Conclusionem ex d. l. scripturas.

Numer. 1. ibi concordantes adducit, adde, & *Clarissim.*
D. Herculem Marefcotum variar. resolut. lib. 1. c. 79. num. 11.
adiungas etiam Do. Polyd. Ripam Obseruat. sua 261. nu. 1.

Num. 2. ibi, *decis. 4. num. 9. adde, Quinimo instrumen-*
tum publicum vocatur, ad latè tradita per D. Gomez Leo-
num decis. sua 12.

Num. 10. ibi, *num. 992. adde, Nota tamen ipsorum*
 trium testium subscriptione minimè opus esse in ipsamet
 scriptura priuata; si tamen ab eis viua voce cum iura-
 mento recognoscatur ante confectionem instrumenti
 publici. Sic præcisè post plures relatos tradidit *Illustr. D.*
Guttierez. Practicar. concl. lib. 1. q. 125. nu. 6. & 7. vbi tan-
 dem subdit, quod quoties priuata scriptura ante confe-
 ctionem instrumenti publici fuerit lecta, recognita, & in-
 tellecta per testes in ea scriptos, etiam si subscripti non
 fuerint admittitur, & præfertur contra instrumentum pu-
 blicū posterius, & latius vt per eū, quem omnino cōsulas.

Num. 12. ibi, *lib. 5. quest. 111. numer. 5. adde, & Illustr. D.*
Cardin. Mant. dict. tit. 24. num. 13. vbi latè.

Num. 13. ibi, deducit, adde, His omnibus adiungas *Illustris. D. Mantiam tit. 24. libro 11. de tacitis, numero 10.* vbi infinitos alios concordantes deducit.

Num. 24. ibi, numero 59. & 70. adde *Adiungas Illustris. D. Mantiam d. tit. 24. num. 9.* vbi post plures alios adductos attestatur de veriori, ac communiori.

Num. 28. ibi, Ampliatur, adde, ex ipsorum sententia.

Num. 35. ibi, vbi pulchrè, adde, & *Dom. Cardin. Tusch. conclus. sua 239 per tot. in littera S,* vbi elegantissime.

Num. 46. ibi, iudico, adde, quam sequutus est quoque, *Domini. Stephan. Gratian. Disceptatione sua 391. numero 42. cum sequenti,* vbi subdit hanc opinionem sequutam quoque fuisse Rotam Romanam coram Cardinali Pamphilio, 2. Decembris 1593.

Num. 48. ibi, testificari, adde, Sequutus est quoque *Illustr. D. Mant. d. tit. 24. num. 11.*

Num. 52. ibi, loco suo differetur, adde, An autem recognito subscriptionis ipsorum contrahentium requiratur non satis liquet. Videndus idem *D. Mant. d. tit. 24. n. 12.*

Num. 161. ibi, Suboritur hic, adde, alia dubitatio.

Num. 62. ibi, ver. Hinc est, adde, & *Illustr. D. Mant. d. tit. 24. num. 11.*

Num. 112. ibi, num. 8. & 9. adde Nota tamen, quod si scripturæ ipsæ sunt diuersæ, & contrariæ, credendum est habenti meliores coniecturas. Pulchrè post alios *Mandell. Albens. consil. suo 224. numer. 8. adde. Cardin. Seraph. decis. sua 579. numer. 3.* vbi tradit, quod priori scripturæ standum est, non posteriori, quando in prima concurrunt plures verisimiliores coniecturæ, & magis administratæ. *Adiungas pariter Illustris. D. Cardin. Tuscum conclusio sua 83. in littera S,* vbi si scripturæ plures in concursu producantur, quæ præferatur, eleganter discuit. Adnotandum quoque *Clar. D. Alexand. Trentacinquus variar. resol. lib. 2. tit. de fide instrument. resolutione 5.* vbi scripturarum contradictoriarum, ac ad inuicem pugnantium materiam, omnium quotquot scripserint, elegantissime discutit, atque pertractat, plura omnino consulas.

An verbum promitto, in scriptura priuata redactum, stipulationem importet, nec ne.

Q V A E S T I O XVII.

S V M M A R I V M.

- 1 Stipulatio inducitur per verbum, promitto, in scriptura priuata redactum.
- 2 Fundamenta pro tali opinione, & numero 3. 4. 5. 6. & 7.
- 3 Amplia, vt procedat conclusio, licet verbum illud fuerit prolatum ab ignaro in ipsa scriptura priuata.
- 4 Contrarium tenuerunt nonnulli.
- 5 Prior opinio vti verior retinetur.
- 6 Limitatur supradicta Conclusio, quando probaretur non præcessisse interrogationem, & sequutam fuisse responsum.
- 7 Ratio ibid.
- 8 Opinio Gonzalez deducitur circa supradictam limitationem.
- 9 Et hoc placet auctori.
- 10 Limitatur secundo, quando scriptura ipsa fidem minimè faceret.
- 11 Fallit in pluribus alijs casibus de quibus per DD. plures remissiuè.

16 Opinio auctoris in tali questione, & n. 17. & 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. & 26.

27 An verba, spendit, cavit, conuenit, placuit, & similia, in scriptura priuata redacta, stipulationem importent. Videndi DD. remissiuè, & n. 28.

IN huiusmodi hæsitacione, communi omnium Scribentum voto receptum est, quod stipulatio ipsa per dictum verbum importetur: Sic enim post *Castrens. Socinum seniore, Decium, Cagnol. ac alios tradidit Clariss. vir D. Menoch. lib. 2. Presumptio. c. 41. nu. 7.* & post plures alios repetijt *cons. suo 92. num. 35. vol. 1. sequuti sunt Ioseph. Mascard. de probationib. concl. sua 1341. n. 2. & 3. & D. Ioseph. Gonzalez. variar. question. c. 34. nu. 1.* vbi infinitos propemodum ex veteribus, in l. 1. ff. de pactis, in l. sciendum, de verbor. obligation. in l. lecta, ff. si cert. petat. & alibi concordantes deducit, atque coaceruat, videndus, idem num. 8. vbi de vera, & communiter attestatur.

Adiungas etiam *Illustr. D. Cardin. Tuscum conclus. sua 344. num. 2. in littera D, & Alexand. Trentacinquus lib. 1. variar. resolut. tit. de verbor. signific. resolut. 5. numer. 2.* vbi omnium elegantissime.

2 Hæc autem communis Conclusio fundatur primo per textum in §. si scriptum, *Instit. de inutil. stipulat.* vbi sic legitur (si scriptum instrumento fuerit, promississe aliquem, perinde habetur, atque si interrogatione præcedente responsum sit.)

3 Nec obijciatur per aliquos contrariam opinionem sectantes, inter quos adfunt *Angel. Iason, & Marianus iunior, teste eodem Gonzalez, dicta questione 37. num. 6. pagina mihi 705.* per textum in præcitato §. loquitur dumtaxat de instrumento, ergo non est extendendus ad scripturam priuata. Nam si Imperator voluisset idem esse in qualibet scriptura reperiretur, id exprimeret sciuisset, & est credendum, quod loquutus fuisset generaliter si in scriptura reperiretur, & non si in instrumento, prout sermo nem habuit. Vnde, &c.

4 Quoniam responderetur eos per falli, nec elici posse consequentiam per eos illatam, & ratio est: quia in eo §. Imperator, non loquutus est specialiter de instrumento publico, sed in instrumento simpliciter, quo casus nomine instrumenti etiam priuata scriptura comprehenditur ex propria significatione vocabuli, vt tradidit *Mascard. d. conclus. 1341. citat. num. 2. & 3.* & omnium latissime, ac elegantissime idem *D. Gonzalez d. n. 6. in fine, & n. 7. cum seq.* vbi quoque nonnulla contraria resoluit.

5 Et quod scriptura ipsa priuata ex proprietate sermonis, appellatione instrumenti continetur, pluribus iuribus, & Scribentum auctoritatibus firmatimus nos supra *ead. lib. dubitatione 1. per plures numeros.*

6 Secundo loco per principaliter supradicta conclusio firmari potest per textum apertum in l. 1. C. de contrahend. & committend. stipulat.

7 Accedit per quoque tertio, ac ultimo textus clarissimus in leg. Titia. §. idem quoque respondit. ff. de verbor. obligat.

8 Ampliatur per supradicta Conclusio, vt procedat etiam, quando verbum ipsum, promissit, prolatum in ipsa scriptura priuata, fuit prolatum ab ignaro, & imperito: nam tunc etiam per stipulationem intelligitur. Sic in simili post *Cagnolum docuit Clarissim. Menoch. dist. presumpt. 41. numero decimo.*

9 Contrariam tamen sententiam, quod scilicet dicta conclusio locum minimè habeat, si verbum illud, promissit, fuerit scriptum lingua vernacula, ab homine iuris ignaro post *Castrens. Iason, Socinum, ac alios, firmavit Cl. D. Masc. d. conclus. 1341. num. 5.*

10 A priori tamen vti veriori minimè recedito. Limitatur autè ià dicta formata conclusio varijs modis.

- 11 Et primo ¶ quando probaretur, non præcessisse interrogationem, & sequutam fuisse responſionem: nam tunc nuda promiſſio ſine ſtipulatione intelligeretur, & ratio eſt in promptu: nam quod promiſſio importet ſtipulationem, prouenit à præſumptione legis, quæ præſumit ſolemnitatem interueniſſe; cum ergo apparet ſolemnitatem interrogationis, & responſionis non interueniſſe, ceſſat ipſa præſumptio, vnde, &c. Et ſic poſt *Cagnoli. limitauit idem Clarifs. D. Menoch. d. præſumpt. 41. n. 16. & 17. ac eruditifs. Dom. Mascard. d. ſua concl. 1341. num. 4.*
- 12 Nota tamen ¶ *Clarifs. D. Gonzalez, d. c. 34. a nu. 10. vsq; ad 35.* varia protuliſſe circa veritatem ac intelligentiam prædictæ Limitationis non ſpernenda; ac tandem *sub u. 30.* Concluſionem firmariſſe, quod ex verbo ipſo, promiſit, in ſcriptura appoſito, contrahitur quidem vera ſtipulatio, ſed admittitur probatio in contrarium, quia non fuit contracta ſtipulatio, intelligendo, quando non fuit contractu ipſa ſtipulatio, quia partes non fuerunt præſentes, vel quia noluerunt contrahere ſtipulationem, non verò quia non præceſſit interrogatio, quam fingit lex præceſſiſſe, prout communiter exiſtimatur, & male.
- 13 Et hæc ¶ tanti viri opinio mihi etiam valde probatur, rationibus vt per eum loco admonito elegantiffimè perpenſis, quem omnino conſulas.
- 14 Comprobatur ſecundo ¶ loco ſupradicta Concluſio quando ſcriptura ipſa fidem minimè faceret: nam nec eo caſu inſtrumenti appellatione ipſamet contineretur. Sic præciſe *Dom. Trentacinquius d. reſol. 5. num. 2. in fine.*
- 15 Limitatur ¶ quoque ſupradicta principalis concluſio multis alijs modis, quos omnes ſigillatim reculit, ac ſequutus eſt idem *D. Menoch. d. præſumpt. 41. a nu. 12. vsque in finem, & Clarifs. Mascard. præcitata concluſ. 1341. a n. 4. vsque in finem.* Vide per eos, non enim ex ſcriptis ſcripta abſque lectoris vtilitate conficienda ſunt, ac repetenda. Adeundus quoque *D. Gonzalez d. quæſt. 34. a nu. 35. pag. 721. verſ. limitatur, vsque ad numerum 48.* vbi & ipſe nonnullas limitationes ſubneſcit, quemadmodum etiam fecit *Ioannes Baptiſta Schuartzenthaler. de ſtipulat. pag. mihi 75. num. 12. cum ſeq.*
- Adiungas etiam prædictum *D. Trentacinquium dicta ſua reſolutio 5. per totam, eum omnino conſulas.* Hæc communiter Scribentes.
- 16 Ego ¶ autem pro pleniori huiusmodi hæſitationis cognitione, & maiori ſtudioſorum facilitate, vna cum *Illustri Equite, ac domino meo colendiſſimo M. Ant. Pereg. ad Rubric. Decretal. de pact. numer. 43.* tres apprimè caſus eſſe diſtinguendos opinor.
- 17 Primus quidem eſt, ¶ vbi conſtat negocium geſſum, fuiſſe inter abſentes, & hoc caſu ceſſare ſtipulationem ipſam palam eſt, ad *l. 1. in princ. ff. de verbor. obligat.*
- 18 Quia autem ¶ ſcriptura ipſa tranſmiſſa ſemper loquitur, ad *l. Ariani, C. de hereticis, & tradita per Bart. in l. nuda ratio, ff. de donation. ideo quia conſenſum ſcribentis re præſentat, acceptata ab altera parte ob mutuam conſenſum, operatur vim pacti, & contractus in ſcriptura expreſſe conſenſu contrahibilis. l. Labeo, ff. de pactis, & l. non figura, ff. de actionib. & obligation. cum concordantib. & ſic præſupponunt text. in leg. 1. C. de uſuris, & in leg. 1. C. de contrahenda emptione.*
- 19 Secundus eſt caſus ¶ vbi conſtat ſcripturam factam fuiſſe inter præſentes, quia ſic dicat, cui quoad hoc ſtandum eſt, niſi contrarium probetur, ad *leg. optimam, Cod. de committend. ſtipulatione, & in hoc caſu extant duo iura, quæ præſumunt vocem promittentis ſubſecutam, fuiſſe ad interrogationem ſtipulatoris, textus clarus in leg. prima, Cod. eod. tit. & in dict. leg. Titia, §. idem reſpondit, ff. de verbor. obligation. ſupplendo, quod verbum, cauuit, de quo ibi, accipiatur pro promiſſione, ad leg. ſi quis ita, §. ſeria cauuit, ff. eod.*

Et in hoc quoque ſecundo caſu concordant communiter DD. per dicta duo iura.

- 20 Tertius, & vltimus ¶ caſus eſt, quid in dubio; & adhuc *Bart. Angel. ac alij in d. leg. 1. Cod. de contrahend. ſtipulation. præſupponunt rem inter præſentes actam per ſtipulationem formalem, nec fanè mirum: præſumitur enim neminem promiſſe niſi præcedente interrogatione, argumento l. cum de indebito, ff. de probation. & vulgo receptum eſt apud Grammaticos, teſte *Alciato, in l. lecta, n. 20. ff. ſi cert. petat. pollicemur vltro, promittimus rogati.* Hoc idem tradidere plurimi alij, quos reculit, ac ſequutus eſt idem *Clarifs. D. Peregr. d. num. 43. verſic. tertius eſt caſus.**
- 21 Videndus idem paulo inferius, ¶ vbi ampliatur etiam ad ſcripturam factam inter mercatores, & alios etiam iuris imperitos, vt promiſſio intelligatur ſupra in potentiore, & vtiliori modo per ſtipulationem, adducit *Bart. Paulum, Cumanum, ac alios, qui loquuntur etiam de mercatoribus ſcribentibus apoditas, vel etiam in ſuis libris, ibique plures quoque alios hoc idem ſeſtantes deducit.*
- Videndus tandem idem *Clarifs. Dom. Peregrin. ſub nu. 22 44. & 45.* vbi ¶ poſtquam ſupradictam concluſionem tentam in ſupra relato tertio caſu firmavit, pluribusque rationibus corroborauit, nonnulla, quæ ex aduerſo per *Dom. Iaſon, ac alios contra eam obijciuntur omnium elegantiffimè reſoluit, ipſum omnino conſulas: ſat enim eſt loca indicaffe.*
- 23 Adeundus quoque circa veritatem prædicti tertij ¶ caſus, *Clarifs. D. Ioseph, Gonzalez dicta q. 34. a nu. 38. vsque ad 43.* vbi & ipſe ſupradictam eandem opinionem firmatam tenet, ac proſequitur reſolutis quibuſcumque, que in contrarium adduci poſſunt.
- 24 Nota tamen, quod ¶ pro euitanda omni & quacumque difficultate, quæ contra ſupradictam opinionem promoueri poteſt, talis poteſt adhiberi diſtinctio.
- 25 Aut enim verbum illud (promiſit) reperitur in ſcriptura, quæ de ſui natura communiter fieri ſolet inter præſentes, vt apodiſſa, vel ſchedula, & tunc præſumitur præſentia, & ita procedat prima opinio.
- 26 Sin autem profertur in ſcriptura, quæ de ſui natura fieri ſolet inter abſentes, vt eſt exemplar, non præſumitur præſentia, & ita poteſt procedere opinio contraria, vnde, &c.
- 27 Vtrum autem quod dictum eſt de verbo illo, (promiſit) locum habeat in alijs verbis eidem ſimilibus, prout ſunt verba, ſpondit, cauit, conuenit, placuit, & ſimilia, in præſentiarum non diſcurio, Sed lectorem beneuolum remitto ad tradita per eundem *Gonzalez d. quæſt. 34. a nu. 48. vsque in fin.*
- 28 Adeundus quoque *Clarifs. D. Peregr. ad dictam Rubric. Decret. de pactis, nu. 36. cum ſeq.* vbi loquitur præcipue de verbo (conuenit) de quo etiam late diſſerpit idem *Clar. D. Menoch. d. præſumpt. 41. in primis numeris, & D. Hieron. de Cauat. q. ſua communi contra communem 114.* Videndus ipſemet de verbo, promiſit *q. ſua 399.* de quo etiam verbo pulchrè diſſeruit *Illustr. D. Card. Tuſchus concl. ſua 910. in littera P, & concl. ſua 344. in littera D.*

An ſcriptura priuata emptoris de tempore pacti reuendendi, faciat fidem in præiudicium conſanguinei, vt ſcilicet ei venditor præferatur vel è contra, pulchra eſt dubitatio.

Q V Æ S T I O XVIII.

Firmam stare conclusionem fingas, quod volens redimere ex pacto appposito in contractu, vel post eadem die, vt sequenti præferatur consanguineis. Consanguineus modo ex opposito vult retrahere ab emptore, vel etiam a venditore, qui iam redemerat. Venditor autem vult eum repellere, quia sibi dicit fuisse datam facultatem redimendi die contractus, vel sequenti, & ad id probandum producit chirographum, siue schedulam emptoris ipsius signo subscriptam. Consanguineus vero dicebat, non esse standum huic schedulæ in præiudicium ipsius, eam enim fuisse factam non die contractus, vel sequenti. Sed longo post intervallo collusionem emptoris, & venditoris, quo scilicet fraudarent consanguineos iure retrahendi. Quid iuris sit ergo, dubitatur.

Difficultatem istam tangit ex professo, ac relouit, eruditiss. *D. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gl. 7. in vers. Serunt præferre, numer. 43. cum sequent.* vbi etiam discutit, quid iuris, si ea schedula sit subscripta tribus testibus, & quid si ex forma statuti ea obtineat vim publici instrumenti, ac de pluribus alijs hanc eandem materiam tangentibus disceptat, ipsum omnino consulas. Sat enim ne ex scriptis scripta conficiam absque lectoris, vtilitate, loca retulisse.

De solutione facta per scripturam priuatam, & an per eam probetur.

Q V Æ S T I O XIX.

S V M M A R I V M.

- 1 Solutio facta de aliquo debito, per scripturam priuatam minime probatur.
- 2 Fallit primo quando scriptura ipsa comprobata esset vel per testes, vel per confessionem creditoris, vel per comparationem litterarum.
- 3 Ioan. Gulielm. Guidoboni sententia interpretatur per Authorem.
- 4 Fallit secundo supradicta regula, quando de solutione ipsa apparet per librum rationum tentum a creditore in dare, & habere, in quo quidem solutio ipsa annotata esset.
- 5 Solutio non probatur per scripturam, quæ se referat ad libros ipsos rationum, nisi quatenus in libris ipsis constet, & num. 6.
- 7 Solutio, an probetur per partitam banchi. Videndus Milanens.
- 8 Solutio, an probetur, quando in scriptura dicitur, computati, & fatti buoni, Videndus Card. Tuschus.
- 9 Si plures extant creditores chirographarij, & habentes personalem obligationem contra Mæuium debitorem, quoniam pacto sit illis facienda solutio; dubitatur.
- 10 Distinguo, & numer. 11. 12. & 13. 14. 15. 16. vsque in finem.
- 17 Assertur pars DD. Venetorum circa prælationem creditorum.

Hic quidem difficultati satisfaciendo, concludere breuiter pro negatiua. Sic in puncto docuit inter alios *D. Francisc. Milanens. decis. sua 13. num. 229. libro 2. & do. cuius etiam 3. q. 4. num. 15.*

2 Fallit autem quinta conclusio, & primo quando scriptura ipsa comprobata esset, vel per testes, vel per confessionem creditoris, vel per comparationem litterarum casu, quo ab eodem ipsa negata foret. Sic clarè colligi videtur ex scriptis per eundem *Milanens. præcitato loco*, & sic mea quidem sententia intelligenda est traditio *Domin. Ioan. Gulielmi Guidoboni aduocatione sua 29. num. 15. dum docuit, solutionem, de quo constat per scripturam priuatam, per eam idem plenè probari.*

4 Fallit secundo, ac coarctatur prædicta regula quando de solutione ipsa apparet per librum rationum tentum a creditore in dare, & habere, in quo quidem solutio ipsa annotata esset.

5 Nota tamen, quod ipsamet solutio non probatur per scripturam, quæ se referat ad libros ipsos rationum, nisi quatenus in libris ipsis constet, talis enim confessio limitata est, quatenus ex libris appareat. Sic præcisè post infinitos relatos tradidit *Mascard. concl. sua 1325. numer. 21.*

6 vbi etiam subdit, quod si libri ipsi forsan non extarent, vbi vitaretur confessio tamquam erronea, ex quo apparet relatum aliter continere.

Hoc idem sequutus est etiam nouissimam *D. Hieronym. de Ceualos, q. sua communi contra communem 44. numer. 4.* Et hæc sufficiunt, latius de materia huiusce limitationis, differit idem *D. Ceualos præcit. q. vide per eum.*

7 An autem per partitam banchi solutio ipsa probetur adeundus ipsemet *Milanens. dict. decis. 13. numer. 116.*

8 An probetur etiam solutio ipsa, quando in scriptura dicitur *computati, & fatti buoni*, post *Socin. Alciatum, ac alios videndus Illustr. D. Card. Tusch. concl. sua 345. nu. 10. in litt. S. vbi concludit pro affirmatiua.*

9 Sed in hac materia solutionis faciendæ per scripturam priuatam, pulchra hic suboritur dubitatio, & talis est. Extant plures creditores chirographarij, & habentes personalem obligationem contra Mæuium debitorem suum, dubitatur modo, quoniam pacto hoc casu facienda sit illis solutio de præfato suo credito.

10 In huiusmodi quidem difficultate regulam sic itatuas. Aut bona ipsius Mæuij debitoris sunt soluendo, aut non. Si primò nemini dubium est in ipsa hypothecaria priorum in tempore, potiorum in iure, vt in regula, qui prior, cum ibi notatis, de reg. in 6.

11 Sin autem secundo modo, tunc regula est, quod quando omnes chirographi sunt ex contractu, debet omnes satisfieri pro rata, si pariter vigilant ad suum consequendum, textus est apertus in *leg. priuilegium, ff. de priuileg. credit.*

12 Iure merito autem dixi. Si pariter vigilant ad suum consequendum, quia si vnus tantum creditor vigilauit, & sponte soluente fuit sibi satisfactum non tenetur postea alijs creditoribus communicare.

13 Idem iuris est si ad fauorem illius primi, qui vigilauit, emanata fuerit sententia per Iudicem. Sic eleganter tradidit hæc omnia subtilis *Bald. in cons. suo 432. in 1. & sequutus est post infinitos alios propè relatos Dom. Cauale. lib. secundo decis. sua 27. numer. 67. cum seq. quem omnino consulas.*

14 Nota tamen pro coroadè, quod si vnus ex illis creditoribus creditorem ex causa depositi, & res vel pecuniæ depositæ extant, quod ille præfertur cæteris alijs, sin autem non extant, præfertur mutuantis.

15 Sin autem omnes sunt ex dicta causa depositi, debet sibi satisfieri pro rata, ad *l. si ventri, §. in bonis, ff. de priuileg. credit. & tradidit hæc omnia Bald. ipsemet in dicto consil. suo 432. Et hæc satis.*

16 Conferunt scripta per *Illustr. D. Card. Tuschum concl. sua 6065. cum seqq. in littera C. vide per eum.* Multum quoque

17 confert tenor partis DD. Venetorum circa probationem creditorum, latè de anno Domini 1586. 14. Septembris

bris in maiori consilio, de qua Inter statuta Veneta in correctionibus Legum Ciconia, pag. mihi 7.

De amissione scripturarum priuatarum.

QVÆSTIO XX.

S V M M A R I V M .

- 1 Si quis asseruerit se amisisse scripturam priuatam, quam antea in iudicio exhibuit, & id velit probare suo instrumento an sit audiendus, dubitatur.
- 2 Conclusio sit pro affirmatiua, & n. 3.
- 4 Instrumenti publici amissio iuramento probatur.
- 5 Regula supradicta maxime procedit, si tria concurrant, de quibus numer. sexto septimo octauo nono decimo undecimo, & duodecimo.
- 3 Regula ipsamet limitatur, quando agitur de maximo præiudicio.
- 14 Quando dicatur magnum præiudicium concurrere, docet Card. Tuscus.
- 15 De hac fallentia dubitat Author.
- 16 Secundo supradicta regula coarctatur, quando amissio ipsa allegaretur à persona, quæ tenebatur custodire numero 17.
- 18 Fallit tertio, quando ultra iuramentum, non intercederent que alia coniectura ad fauorem ipsius asserentis se amisse.
- 19 Limitatur quarto, quando alia probationes possent haberi.
- 20 Coarctatur quinto, quando quis teneretur exhibere scripturam ipsam officio Iudicis, secus si iure actionis.
- 21 Contrarium multi tenuerunt.
- 22 Et hunc sequitur Author, n. 25.
- 24 Fallit sexto, quando pars aduersa docuerit aliter de veritate.
- 25 De instrumenti publici amissione, ac de materia ipsius videndi plurimi DD. ibid. congesti.

1 **Q**uispiam in causa sua produxit indicialiter verbo quamdam scripturam priuata, postea dum pars petit, quod ipsa scriptura realiter exhibeatur, dicit talis producens, eam casu se perpendisse, & hoc vult iurare, dubitatur modo, an tali suo iuramento fides adhibenda sit.

2 In huiusmodi quidem difficultate, firma regulam pro affirmatiua, text. est de hoc ad litteram in l. fin. C. de fide instrumentor. vbi sic legitur.

Sin autem dicat non esse sibi possibile eam ostendere, quia pro fortuitos casus huius copia ei abrepta sit, tunc habeat sacramentum, quod nec habeat eandem chartulam, nec alij ea dederit, nec apud alium voluntate eius constituta sit, nec dolo malo fecerit, quominus appareat ea, sed reuera ipsa chartula sine omni dolo sit deperdita, & productio eius sibi impossibilis sit, & si tale subeat sacramentum, ab huiusmodi necessitate relaxetur. Quid clarius.

3 Hanc eandem conclusionem post infinitos relatos, sequutus est quoque Clariss. D. Mascard. conclusio. sua 88. numero primo, & numero tertio. vbi tradit, quod scriptura dicitur amissa eo ipso, quod facta diligenti inquisitione non inuenitur, secutus est etiam post nonnullos ex veteribus deductos, D. Seraph. de Seraphinis, de priuileg.

iuramenti, priuileg. 37. numero primo Clariss. Dom. Me. noch. de arbitr. iud. libro secundo, Centuria quinta casu 499. numero 67.

4 Sic etiam instrumenti publici amissio iuramento probatur, vt post alios pro regula firmavit idem Cl. D. Masc. de probation. conclus. sua 910. nu. 1. addas D. Guid. Papam, qu. sua 244. per totam, & Illustr. D. Card. Tuscum conclus. sua 275. num. 4. in littera P.

5 Obseruandum est tamen, regulam supradictam, eo casu maxime procedere, si tria copulatiue concurrant.

6 Primum quidem, & ante omnia necessarium est, quod legitime casus amissionis probetur, veluti incendium, sacomanum, depopulatio, militum incurfus, & similia. Sic præcisè docuit post alio, idem D. Seraph. de priuileg. 37. num. 2. addas Cl. Mascard. conclus. sua 1049. numer. 14. vbi tradidit in simili, quod instrumenti amissio tunc demum iuramento probatur, vbi allegatur casus verisimilis. Et aduertè quod isto casu non solum staretur iuramento

7 de amissione ipsius scripturæ verum etiam de eiusdem tenore, & contentis in ea. Sic in terminis subsequitur, idem D. Seraph. d. priuileg. 37. loco iam admonito, cum seq. & sequutus est quaque Cl. D. Mascard. d. conclus. 88. num. 4. & 5. vbi tamen.

8 Limitatur quando quis vellet probare factum alienum nempe si filius dixisset patrem scripturam amisisse, & probandum tenorem eiusdem, vellet præstare iuramentum: quia hoc casu non admittitur, nec probatur tenor ipsius scripturæ, & latius, vt per eum, quem consulas.

9 Secundum principale requisitum est, quod non solum probetur casus amissionis legitime, vt supra conclusum est, sed etiam probetur scripturam ipsam fuisse in eo loco repositam, vbi casus amissionis contigit, seu euenit, veluti incendium, vel inundatio, vel quid aliud simile. Sic præcisè post plures relatos, tradit D. Seraphin. dict. priuileg. 37. numero nono, vbi tamen subdit aduertendum esse, quod adhuc non satis est probare ipsam scripturam fuisse in loco amissionis, sed probatio ipsa debet de necessitate concludere de scriptura originali, & quæ si non fuisset deperdita, non diceretur amissa ipsamet scriptura, cum ea semper produci posset, & latius, vt per eum.

11 De his & duobus requisitis ample discurret Clar. vir, D. Farinac. frag. crimin. part. 1. num. 211. cum seqq. pag. mihi 17. à tergo.

12 Vicinum requisitum quod necessario requiritur, est, quod volens iurare, non sit alias persona malæ famæ, vel conditionis, & qualitatis, vel si esset vsurarius; nam tunc eius iuramento simplici de amissione librorum, seu scripturarum minime standum esset. Sic eleganter idem D. Seraph. dict. priuileg. 37. numer. fin. & Cardin. Tusc. dict. conclus. 275. numer. 5. De hoc tamen vide latius per nos scripta infra libro 4. tit. de libris vsurarij, num. 34. cum duobus seqq.

Animaduertendum secundo principaliter, quod supradicta principalis conclusio varias recipit limitationes.

13 Prima quidem & principalis est, quando agitur de maximo præiudicio; Regula enim supradicta solummodo procedit, cum agitur de modico. Sic præcisè post plures relatos Clariss. D. Mascard. dict. conclusio. 88. numero sexto, & conclusio. 910. numero septimo. Sequutus est etiam post Castrenj. Illustriss. D. Cardin. Tuscus, d. conclus. 275. n. septimo, vbi subdit quoque, quod hic dicitur magnum præiudicium existere, quando res aliena est deperdita, & est deperditione amittès vellet esse liberatus. Addas quoque Illustr. D. Farinac. in dictis suis fragm. crimin. p. 1. nu. 214. pag. 18. vbi infinitos alios concordantes deducit.

- 15 De hac tamen fallentia valde dubito, nulla enim fit distinctio in d.l. fin. C. de fide instrum. de paruo, vel magno preiudicio, vnde, &c.
- 16 Secunda principalis coarctatio est, quando, amissio ipsa allegaretur a persona, quae tenebatur custodire; quia tunc ei non creditur, nec ipsius scripturae amissio probatur per illiusmet solum iuramentum: Sic eleganter docuit post alios, idem *D. Mascard. d. concl. 88. cum plurib. seq.* vbi quoque subdit, quod si qui ratione officij custodire tenentur scripturas ipsas non solum tenentur amissionem probare verum etiam casu fortuito amississe: quod secus est in illis, qui non cogebantur custodire, quia non compelluntur etiam probare casum fortuitum absque culpa: immo aduersariorum sunt partes, vt probent per culpam, & dolum scripturam ipsam amissam fuisse, qua culpa non probata, absolvendus est ille, qui ratione officij non tenebatur custodire. Quod tamen (prout idem *Mascar. subuectit*) non procedit in amissione per furtum, vel incendium exorta, quia in tali casu praesumitur culpa custodientis id euenisse. Et latius, vt per eum, quem omnino consulas.
- 18 Limitatur tertio principaliter, quando vltra iuramentum non intercederent quoque aliae coniecturae ad fauorem ipsius asserentis se misisse, nam tunc amissio ipsa scripturarum solo iuramento eiusdem minimè probaretur. Sic praecise tradidit post alios *Cl. D. Mascard. d. conclus. 88. numer. 16.* & adest pulchra, & mirabilis decisio in terminis *D. Afflicti*, (licet loquatur de instrumento publico) in dec. sua 330. per totam, quem sequutus est *D. Card. Tusc. d. concl. 275. n. 6.*
- 19 Coarctatur quarto, quando aliae probationes possent haberi, nam tunc soli iuramento ipsius amittentis fides minimè adhiberetur. Sic eleganter post alios docuit idem *D. Masc. d. concl. 88. in. 17.*
- 20 Fallit quinto supradicta regula principalis, quando quis teneretur exhibere scripturam ipsam officio iudicis, quia tunc talis amissio non probatur per iuramentum sed debet probari per alias legitimas probationes, secus autem si iure actionis. Sic praecise post *Bart. Alex. & alios* tradidit in simili de instrumento publico *Cl. D. Mascard. d. concl. 88. n. 18.*
- 21 Totum tamen contrarium visus est affirmasse idem *D. Mascard. d. conclusio. sua 910. numero octauo.* vbi infinitos alios concordantes deducit. Hanc eandem sententiam
- 22 (quam et ego verissimam reor) sequutus est quoque *D. Seraphin. d. priuileg. trigessimoseptimo numer. septimo*, vbi quoque rationem deducit dicens, nam per actionem quis dicitur magis arctè obligatus, quam per officium iudicis: quinimo dicimus, quod ea, quae officio iudicis debantur, non sunt in obligatione: Et latius, vt per eum, quem consulas.
- 23 His adiungas *D. Vincentium Mancinum de Iuramento*, p. 4. *Effectu 120. num. 6.* vbi nonnullos alios concordantes deducit. & *Clar. D. Menoch. lib. 6. praesumpt. 61. numero 19.* Adnectendus quoque *Illustr. D. Farinac. in suis fragment. crim. p. 1. num. 209. cum se q. pag. mibi 17. a tergo*, vbi tradit pro regula, quod amissio instrumenti, seu alterius scripturae, probatur iuramento amittentis, quando is, qui dicit se amississe, tenetur exhibere instrumentum, & scripturam ex iudicis officio, & ex quadam aequitate, secus in eo, qui instrumentum, seu scripturam exhibere tenetur iure actionis, puta mandati, aut alterius obligationis, prout sunt Notarij, procuratores, administratores, aut alij similes, qui ex debito eorum officij tenentur proprias, communes, seu alienas scripturas custodire, quia tunc amissio non iuramento, sed manifestis probat. probari debet, ibique infinitos propemodum concordantes deducit.
- 24 Coarctatur sexto, nam licet stet iuramento ex supra-

dictis, ipsius amittentis, id tamen intelligitur, nisi pars aduersa docuerit aliter de veritate, quoniam tunc omissio iuramento, stabitur ipsi veritati, sic post *Marsil.* tradidit in simili idem *D. Mancin. d. p. 4. effecti 122. num. 4.* ante eum hoc idem mirabiliter docuit *Capol. caut. sua 148.* vbi tradidit hoc pro cautela, vt apud eum videri potest. His adiungas *Clar. D. Farinac. in dictis suis fragment. crim. p. 1. n. 215. cum seq.*

- 25 Et haec satis. De instrumenti autem publici amissione, quo pacto iuramento probetur, in praesentiarum non discutio, sed videndi *D. Mascard. d. conclus. 910. per totam D. Cardin. Tuscus dicit. concl. 275. in d. littera P. Illustr. Menoch.* licet in genere de amissione rei loquatur, de praesumptione 61. per totam, *D. Alex. Trentacinq. variar. resol. libr. 2. tit. de fide instrumentor. resolut. 4. ac alii.* His adiungas *Mancinum d. p. 4. de Iuramento, effecti 120. cum seq. & D. Herculem Marecott. variar. resolut. libr. 2. capit. 10. Addas pariter Clar. D. Farin. in dictis suis fragmen. crim. par. 1. a n. 207. vsque ad 226. inclusive*, vbi etiam nunquid instrumenti amissi tenor iuramento, & per depositionem testium pariter probetur, omnium elegantissime disceptatur, vide per eum. Non enim scriptis scripta absque lectoris vtilitate consicienda sunt. His omnibus similiter adiungas *D. Philipum Masenium centur. 1. distinct. sua 29. vbi late.*

ADDITIONES

AD LIBRVM II.

De Scriptura priuata.

Ad Titulum, De Apocha manu debitoris conscripta.

Nu. 24. ibi, apocha priuata, adde, & D. Gasparum Cabal. lin. Milleloq. suo 658. per. tot.

Nu. 28. ibi, vbi pulchre, addiungito, addas etiam Cauall. lib. 2. dec. sua 27. n. 52. vbi late.

Num. 19. ibi demonstrat, adde, His addas Clar. D. Farinac. fragment. crim. p. 1. sub num. 457. cum multis seq. pag. mibi 69. cum seqq. vbi & ipse varios subnectit modo, quibus dicta certitudo potest haberi, & subnectit quoque, quomodo comparatio litterarum fieri possit ex scriptura, ad quam; cum omnino consulas.

Num. 31. in fine, ibi, q. 13. artic. 5. adde, Adnectendus quoque D. Cauall. d. decis. sua 27. nu. 55. vbi vterius tradit, quod dominus tenetur recognoscere scripturam sui famuli, factoris, administratoris, & scribarum, item quod haeres tenetur recognoscere scripturam sui defuncti, & tandem subdit idem iuris esse, in patre, filio, & vxore, & latius, vt per eum.

Dicto num. 31. circa medium, ibi, Beust. in d. l. admonendi, num. 987. addas, Clar. Farin. in suis fragment. crim. parte 1. num. 449. pag. mibi 67. a tergo, vbi infinitos propemodum concordantes deducit, & omnium, &c.

*Num. 32. ibi, num. 23. & 24. adde, Subamplia, vt etiam scripturam manu tertij conscriptam de eius tamen mandato sicut propriam recognoscere teneatur cogi possit. Sic eleganter colligitur ex scriptis in simili per *Illustris. D. Card. Tusch. concl. sua 640. in littera S, vbi tradit, quod statutum compellens aliquem ad recognoscendum propria scripturam, habet locum etiam in scriptura tertij facta, de mandato eius, quia pariter tenetur recognoscere, sicut pro-**

propriam Adducit Felin. in capicul. cum inter, de re iudicat.

Num. 33. ibi, de non numerata pecunia, adde, de supra dictis omnibus, de quibus sub n. 30. cum seq. ad eundem omnino *D. Cauale. d. decis. 27. d. n. 55. cum seqq.* omnium enim elegantissime discurret. Ad eundem idem sub n. 54. vbi tradit, quod quando scriptura priuata non valet, nec probat, quis non cogitur illam recognoscere an sit scripta sua manus, vel non, adducit *Purpuratum, & Paul. de Castro, & latius, vt per eum.*

Num. 38. ibi, & per tot. in 2. adde, idem est, si ipsamet scriptura facta foret absque testibus, & ab ipso debitor scribente esset negata, nam tunc non poterit recognosci per comparationem litterarum, vt post alios docuit *Borgn. Cauale. lib. 5. decis. sua 34. numero sexto, & prius decis. sua 27. numero 16. libr. secundo vbi vterius tradit*, quod scriptura ipsa facta, absque testibus post dumtaxat, probari per testes, qui deponant se vidisse scribere dictam apodissam, & latius vt per eum, quem consulat. His adiungas *Clariss. D. Farinaccium fragment. criminal. part. prima a numero 468. vsque ad 475. vbi late differit de scriptura ipsa ad quam fit comparatio, cum omnino videas,*

Quoad secundum,

Num. 64. ibi, satis, adiungito, addeas quoque; Iuris peritorum Monarcham *D. Farinacc. Fragmentorum criminal. parte 1. pagin. 70. a n. 475. vsq. ad 494. inclusiue*, vbi de supra dictis contentis in hoc secundo requisito omnium elegantissime discurret.

Num. 70. ibi oriatur, adde, id quod etiam sensisse, visus est *D. Cauale. d. decis. 27. n. 62.* dum tradit, quod dicta comparatio facit dumtaxat summum.

Num. 71. in fine, ibi, deducit, adde, & *Clar. D. Farinac. in suis fragmentis civilibus, part. 1. a nu. 495. vsque ad 500.* vbi post relatos omnes supra scriptas Scribentium opiniones hanc vltimam verissimam profiteretur, ac simul amplectitur, ipsum omnino consulat.

Num. 75. ibi, ac elegantissime, adde, His adiungas quoque *Cl. D. Farinac. d. p. 1. n. 502.* vbi infinitos alios concordantes deducit.

Num. 81. ibi, num. 15. in fine, adde, *Cl. Farin. in suis fragment. crim. p. 1. n. 525.*

Num. 87. in fin. ibi, n. 8. cum seq. adde, & *Cl. D. Hercules Marefcot. d. c. 79. num. 7. & 8.* vbi subdit ita tenuisse *Rotam in vna Romana de Maluetys 25. Maij 1587. coram Cardm. Plato.*

Num. 88. in fin. ibi, subneat, adde. His omnibus adiungas magni nominis *I. C. Farinacc. in suis fragment. crim. parte prima numero 504.* vbi quamplurimos concordantes deducit.

Num. 80. ibi, numer. 28. & 29. adde, & *Dom. Farinacc. dict. part. 1. numer. 506. & 507.* vbi licet nonnullos contrarium asseuerantes deducat, tradit tamen ampliationem ipsam veram, quando duo testes deponerent super contentis in ipsa apocha, & latius vt per eum, quem consulat.

Num. 92. ibi, cap. 11. numer. 1007. adde, Sed pulchra hoc in loco excitatur quaestio. Produciatur apocha subscripta ab vna parte tantum, puta a debitore, & a testibus. Dubitatur modo, an sola ipsa litterarum comparatio plenam recognitionem, ac probationem inducat, vel etiam ad ipsam inducendam requiratur recognitio per testes. *Scacco. erudit. post articulum plenè discussum dict. capitul. 11. numer. 1008. cum pluribus seqq. vterque opinionem, quod sola comparatio sufficiat, cum itaque que ex aduerso obijci possunt accurate resoluit, ipsum consulat, non enim ex scriptis scripta conficienda sunt.*

Pulchra quoque alia subingreditur hic dubitatio, &

est. An comparatio ipsa litterarum sit necessaria, quando apocha ipsa recognoscitur vel a testibus in ea subscriptis, vel ab alijs, qui fuerunt praesentes, quando fuit scripta. Sed pro eius resolutione plena, addeas *Cl. D. Farin. d. p. 1. n. 508. et 509.* vbi ample discurret, duas diuersas Scribentium opiniones deducendo, vt per eum.

Tertius principalis.

Num. 94. in fine, ibi, limitatur, n. 73. adde 95.

Quintus casus est, quando vltra comparationem, adsint testes, qui deponant illum vidisse scribere, licet non se subscriperit, tunc enim plena oritur probatio. Sic praecise tradiderunt infiniti, quos retulit, ac sequutus est *Clariss. D. Farinacc. in dictis suis fragment. criminal. part. 1. numero 505.*

96. Sexto in omnibus casibus plenè probat sola comparatio litterarum, in quibus admittuntur testes recognoscentes manum alterius, quia eam notam habeat etiam quod non viderint illam scribere. Sic praecise post *D. Granut.* tradidit *Cl. D. Farinacc. d. loco num. 512. & 513.* vbi quoque plurimos Scribentes deducit enumerantes casus, in quibus testes praedicti admittuntur, ipsum consulat. Vltimus, & c.

Num. 97. in fin. ibi, num. 65. & 66. adde, & in suis fragment. criminal. p. 1. numer. 514. vbi infinitos concordantes deducit.

Num. 106. ibi, ipsa priuata, adde, Videndus idem *D. Peregri. consil. suo 136. n. 8. vol. 5.*

Num. 109. in fine, ibi, d. q. 24. num. fin. adde, & *Illustr. D. Farinac. frag. crim. p. 1. num. 446. pag. mihi 67. a tergo*, vbi tradit, quod comparatio litterarum in criminalibus non plene probat, nullam prorsus habet difficultatem. Sed veritas, quod nec etiam probet plenè, quando alias in civilibus facere plenam probationem, & latius, vt per eum, quem consulat.

Num. 118. ibi, sua 52. n. 8. adde, & nouissime *Cl. D. Farinac. fragm. crim. p. 1. nu. 447. cum seq.* vbi tradit post nonnullos relatos, quod veritas est, quod contra hominem male fidei comparatio litterarum faciat indicium ad torcuram secus contra hominem bonae fama.

Dict. num. in fin. ibi, Decem virum, adde, De materia, aurt, & pæna libelli, famosi, omnium quotquot scripserint latissime, ac elegantissime disceptat. *Clar. D. Farin. De varijs, ac diuersis crim. q. 105. inspect. 11. per totam*, vide per eum. Addas quoque *D. Borgn. Cauale. libr. 5. decis. sua 35. per totam.*

Num. 123. ibi, dixerint, adde, Sequutus est quoque post infinitos plures alios relatos *Cl. D. Farinac. fragm. crim. p. 1. num. 524. cum seq. ipsum consulat.*

Num. 130. ibi, clare testatur adiungito, addas quoque *Cl. Farin. d. tract. num. 526. cum seq.* vbi infinitos propemodum concordantes deducit.

Num. 133. ibi, loca retulisse, adde, Hoc vnum dumtaxat addo, quod in materia comparationis faciendæ per testes & scripturas, non post examen delegari per remisoriales sed debet fieri, coram iudice, qui habet iudicare. Sic post *Bald. Felin. ac Decium, & D. Ioan. Baptista Ferret. consil. suo 33. num. 2.*

Addas quoque quod ipsa litterarum comparatio tunc nullam fidem facit, quando per omnia, sed in aliquibus tantum adest litterarum similitudo. Sic praecise *Cl. D. Farinacc. loco infra allegando, numer. 535. & videndus sub numero 537. cum sequent.* vbi tradit, e contra, quod si ipsa litterarum comparatio in omnibus, & per omnia continet litterarum similitudinem, tunc plenè probat, & iudex potest illi plenam fidem adhibere, & latius vt per eum.

Num. 134. in fin. ibi, & late, addas. His omnibus adiungas *Cl. D. Farinacc. fragment. crim. p. 1. num. 352. cum seq.* vbi pulchre.

Num.

Num. 135. ibi retulimus, adde, Amplia, vt supradicto casu oriatur quoque probatio, stante supradicta scriptura recognita contra tertium, ad latè congelta per *Cl. D. Menoch. consil. suo 787. n. 1. & 2.*

Num. 139. ibi quæritur etiam n. 79. adde, sequitur.

Num. 171. ibi, probationem, adde, Huic eadem opinioni adhæsit quoque; *Cl. vir D. Farinac. post hæc dicta visus, fragmentorum crim. p. 1. n. 508. cum duobus seq. ipsum omnino consulat.*

Num. 173. ibi, recedendum, adde, Amplia secundo, vt ex ipsa scriptura ita medio comparationis litterarum comprobata, oriatur quoque probatio contra tertium. Ita ex professo consuluit. *Cl. D. Menoch. cons. suo 787. nu. 3. & per tot. ipsum omnino consulat.*

Num. 174. in fine, ibi, remitto, adde, sequutus est quoque, idem *Cl. D. Farinac. dict. p. 1. num. 534.* vbi tradit, quod contra debitorem facit plusquam semiplenam probationem, & propterea eris locus delationi iuramenti in supplemento. Contra tertium verò nec etiam faciet semiplenam probationem, & latius, vt per eum, quem consulat.

Num. 199. ibi, Sed de hoc satis, adde, latius videas penes *Cl. D. Farinac. fragm. crim. p. 1. nu. 529. cum seqq. pag. mibi 74. à tergo, vbi pulchrè.*

Dicto num. in fine, ibi, vbi latè, adde, & *Illustr. D. Farinac. dict. loco numer. 531.* vbi plures alios concordantes deducit.

Num. 201. ibi recognitione, nu. 32. adde, & *D. Albens. cons. suo 737. n. 1.*

Num. 210. ibi, quem consulat, adde, His adiungas etiam *D. Ioan. Baptistam Ferret. consilio suo 333. numero tertio,* vbi subdit, hoc potissimum procedere in materia excedente libram auri.

Nu. 213. ibi insitit, addas addo, *D. Herculem Marefcott. c. 79. inferius allegando n. 6.*

Num. 225. in fin. ibi, n. 656. & 971. adde, & nouissimè *D. Herculem Marefcottum variar. resol. lib. 1. c. 79. n. 4. cum seq. vbi ampliat, vt per eum.*

Ad Titulum, De Aponcha manu creditoris conscripta.

Num. 15. ibi, emanaret, adde, probatio.

Num. 16. ibi, *cons. suo 129. adde.* Qui videatur, quoniam super pulchra facti specie respondit, & talis est. Quidam, puta, Titius, accepti in vxorem filiam Sempronij, Sempronius aunt promisit ipsi Titio dotis nomine filie sue ducatos 1000. Accedit, quod dicti denari numquam fuere soluti, & Titius non ausus est etiam petere prædicta 1000. tamen quia de dicta promissione non facta erat aliqua scriptura, idem Titius in absentia dicti Sempronij, scripsit aponcham manu sua continentem prædictam promissionem dictorum ducatorum 1000. & prædictam schedulam subscripserunt manu propria tres testes, qui quidem fuerunt præsentibus tempore dictæ promissionis factæ, & omnes tres affirmant dictam aponcham esse veram: Mortuus est autem Sempronius: Item duo ex illis tribus testibus qui fuerunt præsentibus dictæ promissioni, & qui se subscripserunt prædictæ aponchæ. Quæritur modo, an vigore prædictæ aponchæ scriptæ manu propria ipsius Titij in absentia eiusdem Sempronij, & subscriptæ manu trium testium, quorum duo sunt mortui, possit idem Titius consequi ab hæredibus eiusdem Sempronij promissos ducatos mille promissos, vt supra *Domini Iason. præcæto consilio 129.* pro affirmatiua non consultus respondit, eum omnino consulat.

Ad titulum de Aponcha manu tertij conscripta.

Num. 191. ibi, instrumentum, addas, adde *Card. Tuscum conclus. sua 75. n. 25. in litt. S.*

Num. 30. ibi, seqq. adde, & *decis. sua nouiter nouissima 25. n. 2. & videndus pariter num. 4.* vbi tradit, quod ex eo quod quis aponcham omni conatu etiam auxilio armorum recuperare tentat, eam subscripsisse censetur, & latius, vt per eum. Quid ergo.

Num. 48. ibi, cum seq. adde, addas, *Clariss. D. Farinac. in suis fragment. crim. p. 1. numer. 516. pag. 74.* vbi tradit in simili, quod comparatio litterarum nullam fidem facit, quando adessent testes. qui dicerent oppositum, quod scilicet scriptura, ad quam est facta comparatio, non est scripta manu illius, de quo agitur, quia tunc magis creditur voci viuæ, quam comparationi litterarum, ibique omnium latissimè circa hoc insitit, ipsem consulat. Adeundus idem. *sub numer. 517.* vbi quid iuris sit e contra, quando testes deponunt pro scriptura, sed ex comparatione appareat litterarum dissimilitudo, cui magis credendum, eleganter subnectit.

Num. 55. ibi, ipsum consulat adiungito, addas *Cardin. Tuscum d. concl. 74. nu. 24.*

Num. 84. ibi, vbi elegantissimè, adde, Nota tamen, quod scriptura, in qua continentur testes omnes vita functi, non caret suspitione, ad tradita per *Cl. D. Menoch. cons. suo 42. nu. 32.*

Num. 97. ibi, quem consulat adde. Nonus casus subiicitur, & est, Quando producitur aponcha confecta à tertio, puta proxeneta, vel ab alio, & est subscripta ab vna parte tantum, & hoc casu ex tali scriptura, non oritur probatio contra non subscribentem, si tamen ea continet contractum, qui consensu ambarum partium conficitur, prout in simile neque instrumentum notarij probat si ab vna parte tantum fuit rogatus. Sic eleganter post Roman. *Cardin. Tuscus conclus. sua 74. nu. 23. in litt. S.*

Num. 101. ibi, *cons. suo 68. volum. 3. adde,* & sequutus est post plures alios relatos *D. Ioannes Bapt. Costa. in suo tract. de iuris, & facti ignorantia, centur. 1. distinct. 85. numer. sexto per totam.*

Num. 107. ibi, Hæbreum, adde, reluctante *Excellent. D. Paulo de Herculis, aduocato inter iuniores ex præstantioribus.*

Num. 108. ibi attestatur, adde. Sequutus est quoque perillustri *D. Equites D. Peregr. dec. sua Patavina, 115. nu. 12. & videndus prius sub n. 10. & 11.*

ADDITIONES AD LIBRVM III.

De Scriptura priuata.

Ad Titulum, De Epistola.

Nu. 9. ibi, n. 10. adde, adiungas etiam *D. Duarenum libr. 1. Disputationum annuuar. capit. 45. vbi pulchrè, & D. Ioannem Robert. lib. 4. sentent. iuris, c. 20.*

Num. 13. in fine, ibi, num. 7. adde. His adde *Clariss. D. Petrum de Cabal. cons. suo 123. n. 4. an 2. vbi tradit, quod litteræ continentis quod aliquis dixerit se debitorem alicuius, non probant, quod talis verè sit debitor: sed cum agitur de credito, illud postea est probandum, & latius, vt per eum, quem omnino consulat.*

Num. 14. ibi, *cons. suo 101. vol. 1. adde,* & plenius loco suo infra differetur.

Num. 38. ibi, *conclus. sua 1308. adiungito, adde, Cardin. Tuscum conclus. sua 239. per totam, in litt. S.* vbi latè, quid operetur sigillum, & illius appositio, eleganterque disceptatur.

Num. 59. ibi, *C. de probationib. adde, Ioan. Franch. Schemard. cons. suo 11. n. 3.*

Num.

Num. 62. ibi, ff. de probationibus, adde, in lege non figura, ff. de obligat. & act. de cuius quidem legis intellectu late differit subtil. Hotom. libr. 6. suarum obseru. capit. 19. & in c. si cautio.

Num. 92. ibi, ille missit, adde, De premissis quoque est textus pulcherrimus, ad litteram, in l. si epistolam, ff. de acquir. rer. dom.

Num. 99. casu 94. num. 19. & D. Mandell. Albens. conf. suo 774. n. 21.

Num. 102. ibi, 2. q. 3. adde, id quod etiam sequutus est D. Pranius conf. suo 14. n. 3. lib. 1.

Num. 128. ibi, n. 47. vol. 1. adde Io Franc. Schenard. conf. suo 35. n. 18. p. 1.

Num. 145. in fine, ibi, decis. 811. num. 39. adde. His omnibus addas Cl. D. Petrum de Cabal. consil. suo decisio. 123. num. 5. in 2.

Ad questionem, An falsificans litteras alienas poena falsi puniatur.

Num. 3. ibi, in littera F, vbi pulchre, adde, & D. Villagut de extensione legum tit. de extension. penal. in materia Conatus c. 5. n. 56. & 57. cum seq. pag. mibi 199.

Num. 18. in fine, ibi, casu 206. adde, & vide quoque, text. in l. quidam. debitor, ff. de dolo malo, vbi aperte deciditur, quod qui pretextu falsarum litterarum est liberatus actione de dolo tenetur satis.

Ad questionem, An inter absentes per epistolam fideiussores valide obligentur.

Num. 15. ibi, de Comuni adiungito, addas Everhard. Bronchorst. e. vnt. p. p. v. cetur. 4. assertionem 43. vbi pulchre etiam nonnulla contraria dissoluit.

Ad questionem, An emptio, & venditio per epistolam celebrari possint.

Num. 6. ibi, c. 14. n. 8. adde, Amplia, vt non solum ipsius emptionis contractus per epistolam celebrari possit, sed etiam celebratus per eandem probari, maxime si in ea fiat mentio de certo precio. Sic precise colligitur ex traditis per Cl. D. Peregr. consil. suo 96. num. 10. in 3.

Ad questionem, Vtrum donatio inter viuos per epistolam celebrari possit.

Num. 6. ibi, Ripa num. 136. adde, adiungas Clariss. Dom. Peregrinum consil. suo 100. n. 4. in 5. vbi late.

Num. 8. ibi, decis. 33. adde, Surdum decis. III. Card. Mant. de Tacitis, libr. 13. tit. 8. per totum.

Num. 10. in fine, ibi, n. 247. adde, & per Surd. d. decision. sua 111. numer. 12.

Num. 15. in fine, ibi, in littera D, adde, & hęc satis, latius autem de materia supradictę questionis differit Illustr. D. Card. Mant. de Tacit. & ambigu. lib. 13. tit. 7. per totum, ipsum consulas.

Ad questionem, An mandatum, sine constitutio procuratoris per epistolam fieri possit.

Num. 16. in fine, ibi, n. 119. & 120. adde, 17. Sed pulchram questionem, quę excitari potest in hac materia, silentio haud pretereundam censeo, & est: an constituens procuratorem ad accipiendum mutuo pecuniam per litteras, chirographo ipso obligetur, quo procurator proficitur, se eam accepisse si de numeratione aliter non constet. Videndus pro resolutione huiusce difficultatis. Cl. D. Fachin. lib. 2. suarum iuris controuer. c. 55. vbi ad partes discussio

negocio concludit tandem pro negatiua, rationibus, de quibus per eum, ibique etiam quęcumque in contrarium obijci possunt acutissime resoluit, ipsum consulas. Ad eundem quoque D. Cardin. Seraphin. dccif. sua. 1139. numer. 1. & D. Paul. Granuius Theor. suo 7. His addas D. Herculem Marefcottum lib. 2. variar. resolut. c. 93. vbi late insitit, varios casus distinguendo.

Ad questionem, An legatum per epistolam relinqui possit.

Num. 5. in littera L, adde, sexto obseruandum tamen, & hoc est pulchrum dogma, quod si quis legauerit apodifsam, intelligitur legasse ius quod habet in ea, & qui legat chirographum, debitum legare videtur, & qui legat suum librum rationum, intelligitur legare debita, & credita, ita pulchre docuit hęc omnia post alios Illustr. D. Card. Man. de conit. lib. 9. tit. 1. n. 9. vide per eum.

Ad questionem, An consensus alicuius per epistolam probari possit.

Num. 1. ibi, in littera C, adde, Addo P. Aemil. Veral. decis. sua Rota Rom. 271. n. 4. p. 3. vbi adducit text. in l. consensus. ff. de act. & oblig. et Soc. consil. 41. col. 1. in 3.

Ad questionem, An matrimonium per epistolam contrahi possit.

Num. 313. ibi, per pensis, adde, His adiungas Cl. D. Menoch. consil. suo 375. num. fin. vbi Butr. & Anch. concordantes deducit.

Num. 23. in fine, vbi pulchre, adde, & Rota Romana dec. sua 431. vol. 3. addas etiam Cl. D. Monoc. d. consil. 375. nu. 32.

Ad questionem, An consanguinitas per epistolam probari possit.

Num. fin. ibi, q. 32. et 33. adde, adiungas Cl. D. Menoch. consil. suo 1171. num. 14. cum seq.

Ad questionem, An cessio honorum, &c. per epistolam fieri possit.

Num. 4. ibi, irrogetur, adde, Adiungas D. Ant. Contium, lib. 2. lect. successuarum, c. 18. vbi late.

Num. 22. ibi, cum seq. in 2. adde, Viuius opinione sua communi 827. n. 1. vbi pulchre, D. Alex. Trentacinquus var. res. fol. lib. 3. resol. 27. nu. 50. D. Amator Rodriguez, in suo tract. de exec. sent. c. 8. nu. 20. de nouissimę.

Num. 25. ibi, d. c. 2. adde, adnectendus quoque D. Amator Rodriguez, pract. c. 8. per tot. ferę, vbi late.

Testis per litteras, seu epistolam deponens, an probationem faciat.

Q V Æ S T I O. XXXVI.

S V M M R I V M.

- 1 Testis per litteras deponens haud probationem facit.
- 2 Ratio, & n. 3.
- 4 Et ista conclusio multo magis procedit in causa criminali.
- 5 Amplia, vt procedat etiam quoad litteras Episcoporum.
- 6 Sublimica.
- 7 Testimonium, quod prohibetur per scripturam, nullum est
- 8 Fallit.

- 8 Fallit ista Conclusio stante consuetudine in contrarium, prout est Venetus.
- 9 Contra, quod in dicta ciuitate non vigeat talis consuetudo, edocet author, & n. 10.
- 11 Limitatur pariter in multis alijs casibus, de quibus per Doctores remissiuè, & n. 12.
- 13 De materia supradictæ quæstionis, adeundi Rutgerus Rulanthus, & Bernardus Graueus.

ET conclusiue procedendo, concludere pro negativa. Sic præcisè docuit inter alios D. Iacob. Marchisell. Recollektorum q. sua 161. n. 9. vbi subdit quoque rationem eam esse, quoniam iudex ex facie ipsius testis, animi sui motum informare debet, & si causam suspicionis deprehendit, ea in actus redacta, potest testi ipsi alias concludenti fidem, non adhibere, & latius, vt per eum.

Hanc eandem conclusionem post plures alios relatos, firmavit quoque, ac sequutus est Clar. I. C. ac dominus meus colendiss. D. Farin. de oppositionibus contra examen testium, q. 80. oppositione 35. n. 3. vbi quoque aliam subnectit rationem, dicens; nam testes non solum viva voce, & sic non per schedulam, epistolam, vel scripturam, sed præsentialiter, & coram iudice debent testimonium ferre, prout est textus in c. testes, 1. q. 9. Cuius verba sunt hæc (testes per quamcumque scripturam testimonium non proferant, sed præsentibus his, quæ viderunt, & nouerunt veraciter testimonium dicant.) Latius vide penes eundem Farinacium.

4 Et hæc conclusio ¶ multo magis procedit in causa criminali, in qua testes ipsi debent esse præsentibus. Sic post Gl. Archid. & alios, idem D. Farinac. d. q. n. 31.

5 Amplia, vt supradicta conclusio locum etiam habeat quoad litteras Episcoporum, quas nec etiam probare, post plures relatos, tradidit idem D. Farinac. dict. q. 80. num. 33.

6 Sublimita tamen id quod dictum fuit de litteris ipsorum Episcoporum, duobus modis, quos retulit, ac sequutus est idem D. Farinac. duobus numeris subsequentibus vers. 34. & 35. ad quem lectorem beneuolum, ne ex scriptis scripta conficiam, relego.

7 Amplia secundo principaliter, vt nullum quoque sit omnino testimonium, quod per quamlibet aliam scripturam prohibetur, testibus enim, & non testimonis credendum est. Sic præcisè post plures adductos pro regula, firmavit idem D. Marchisell. dict. q. 151. citato num. 1. Eandem quoque omnium latissimè, ac elegantissimè confirmavit Monarcha Iuristarum Dom. Farinac. d. q. sua 80. numer. 27. & 29. vbi infinitos propemodum concordantes deducit.

Adde Viuium opin. sua 949. in primis numeris, vbi quoque plures alias rationes coacernat, quas apud ipsum videas.

8 Limitatur tamen supradicta principalis conclusio: vñ valet testimonium traditum in scriptis, vel per epistolam, quando consuetudo loci illud admittit, prout in ciuitate Venetiarum præcari ex alijs, quos allegat, testatur Alex. Stiar. in pract. iud. c. 16. nu. 76. in 2. fallent. & retulit etiam Cl. D. Farin. d. qu. 80. n. 48.

9 Obserua tamen quod valde dubito quin adsit huiusmodi assueverata consuetudo in ciuitate ipsa Venetiarum, & hoc, itante parte lata in maiori Consilio 1589. vlt. Augusti, de qua in Correctionibus Serenissimi Principis Ciconiæ pag. 4. qua quidem parte, in hæc verba prorumpitur.

10 L'anderà parte, che non si possa admitter fede alcuna di priuate persone, ne de Notari nelli placiti delle cause, ma quel che si vorrà prouar, si proua secondo che dispongono le leggi, seruatis seruandis.

11 Limitari quoque potest ¶ prædicta Conclusio pluribus

alijs modis, quos miro quidem ordine congeffit, ac sequutus est idem D. Farinac. d. q. sua 80. citat. oppositione 33. per totam, ipsum igitur conuulsa. Addas Viuium d. opin. sua 949. & Illustr. D. Card. Tuscum conclus. sua 178. in littera T, vbi limitat præcipuè regulam supradictam minime procedere, quando pars non opposuit, & quando personæ ipsorum testium essent legales, nobiles, ac illustres. Huic eidem postremæ limitationi subscripsit etiam D. Andreas Gall. lib. 1. pract. concl. obseru. sua 101. n. 14. vbi tradit in regno Bohemiæ, in Archiducatu Austria, in Bauaria, ac alijs in locis, ex singulari privilegio, & longa obseruantia receptum esse, quod nobiles, & illustres personæ non tenentur personaliter comparere ad perhibendum testimonium, sed per scripturam sub fide sua, absque corporali iuramento deponunt, & depositionem obliuata iudici examinis postea transmittunt, & eorum sigilla, & propriæ manus subscriptio loco iuramenti recipitur, & latius, vt per eum, quem omnino conuulsa. Et hæc satis.

13 De materia supradictæ Quæstionis, videndi quoque Dominus Rutgerus Rulanth. de Commissionibus, lib. 2. c. 15. per totum, & D. Bernard. Graueus pract. conclus. cap. 100. quarta consid. n. 7. & 8. lib. 1. vbi plures alios deducit.

Iniuria an inferri possit per epistolam.

QVÆSTIO XXXVII.

S V M M A R I V M.

- 1 Iniuria potest inferri per epistolam.
- 2 Ratio.
- 3 Statutum loquens de iniuriante, habet etiam locum in scribente iniuriam.
- 4 Iniuria, quæ fit litteris, dicitur crimen publicum, quæ vero re, vel vocibus, dicitur priuatum.
- 5 Maior pœna intelligitur pro iniuria quæ fit litteris, quam pro alia.
- 6 De criminis iniuriarum materia, latè D. Farinacius, & Card. Tuscus.

IN huiusmodi quidem difficultate, rem paucis de more perstringendo, conclusio sit pro affirmatiua, sic enim notatur in l. lex Cornelia, §. si quis librum, in litem apud, §. si quis libello, ff. de iniur. in leg. vnica, c. de famos. libell. & in §. iniuria autem, Institut. eodem titulo cum concordantibus. Hoc idem pro regula firmarunt post infinitos propè relatos ex neotericis, duo Clarissimi viri, Martinus scilicet Vranus, consil. suo 14. num. 3. lib. 1. & Monarcha Iuristarum Dom. Farinac. de varijs, ac diuersis crim. q. 105. inspectione 1. num. 3.

2 Ratio autem huiusmodi conclusionis assertur per eundem Vranium citato loco, dum tradit, quod procedunt à pari, id quod scriptura, & id quod vocibus lingua figuratis significatur per textum, in l. non figura, ff. de actionib. & obligationibus. Hinc ¶ statutum loquens de iniuriante, habet etiam locum in scribente iniuriam, ad latè congesta per D. Farin. d. inspect. 1. num. 4.

4 Hæc autem conclusio adeo vera est, & procedit, vt iniuria, quæ fit litteris, dicatur crimen publicum, quæ vero re, vel vocibus, dicatur priuatum. Sic præcisè per textum in l. quod si consultum, ff. de iniur. docuit idem D. Vranus d. num. 3. vbi infinitos alios deducit.

5 Subamplia, vt multò, & maior, & grauior pœna infligatur, ac statuta sit pro iniuria, quæ fit litteris, quam pro alia, dicto §. si quis librum, dict. l. vnica, & §. q. 1. per totam, iuncto §. panam, & §. iniuria, Institut. de iniurijs. Sequutus est

est etiam post nonnullos alios relatos idem *D. Vranus*, loco iam admonito. Et hæc sufficiant.

- 6 De materia autem huius criminis iniuriarum, adeo doctè, eleganter, & latè differit inter alios, Cl. & numquam satis laudatus *D. Farin. d. sua q. 105.* per multas inspectiones, vt viuis cuiusque alterius operam superuacaneam fore asseuerare non dubitem, ad ipsum igitur lectorem, beneuolum relego. Adeundus quoque *Illustr. D. Cardin. Tuscus, pract. conclus. in vers. Iniuria, per plures conclusiones,* vbi latè.

Ætas filij an probetur per epistolam patris.

QVÆSTIO XXXVIII.

S V M M A R I V M.

- 1 *Ætas filij probatur per epistolam patris.*
 3 *Idem est de figura Astronomica natiuitatis, qua pater scripsit natiuitatem ipsius filij.*
 3 *Ætas filij an probetur per librum rationum patris, videndus Sfortia Oddus.*

- 1 **A** Ætas non solum probatur ex libro parentum, seu scriptura priuata, prout docuimus *sup. lib. 1. q. 4. nu. 207.* sed etiam ex eius epistola, in qua ipse pater narraret aliquem esse suum filium, & annorum, puta 12. ex ea enim saltem semiplena hoc in casu oriretur probatio pro dicta ætate probanda. Sic præcisè post nonnullos relatos docuit Cl. vir, & nunquam satis laudatus *D. Farin. par. 1. fragment. crim. pag. 12. à tergo, num. mihi 146.* vbi etiam post
 2 *Mascardum* subdit, idem iuris esse de figura astronomica natiuitatis, in qua pater scripsit natiuitatem ipsius filij, & latius, vt per eum.
 3 An autem ipsamet ætas probetur per librum rationum, siue memorabilium quotidianarum ipsius patris, in præfentiarum non discutio, sed remitto vos ad tradita per *D. Sfortiam Oddum de rest. q. 37. art. 1. 2. vbi latè.*

Pignus an per epistolam contrahi possit.

QVÆSTIO XXXIX.

S V M M A R I V M.

- 1 *Pignus per epistolam contrahi potest.*
 2 *Amplia, licet in ipsa epistola non adsit neque dies, neque Consul.*
 3 *Fallit, si de prioritate, aut posteritate contenderetur.*

- 1 **E**T resolutione procedendo, concludas pro affirmatiua, text. est ad litteram in l. cum tabernam, §. idem quæsiuit, ff. de pignoribus, & sequuntur communiter *DD. ibi.*
 2 *Amplia, vt per eandem epistolam pignus ipsum contrahi possit, nec vitietur, licet in ea non adsit dies, & Consul. Bart. in specie, in d. §. idem quæsiuit.*
 3 Hoc tamen fallit sit de prioritate, aut de posteritate contenderetur, tunc enim tempus ipsum probandum, esset. Sic præcisè idemmet *Bart. loco iam admonito, numer. 3. & sequutus est post Beroum, ac alios relatos, Clar. D.*

Steph. Grat. Disceptat. sua 235. num. 4. cum seq. Et hæc satis Latius de materia per Doctores in præcit. §.

Ad Titulum, De litteris cambij,

Num. 18. ibi, Siue, adde, de quo etiam pleniori folio discipatur per Illustr. D. Card. Tuscum conclus. sua 11. per totam, in littera C.

Num. 67. ibi, an recipiens, adde, Illustris. Dom. Præsidentem Menoch. lib. 3. de præsumpt. 134. n. fin. vbi pulchrè exemplificando docet, quod debitor, qui litteras cambij scripsit, non liberatur litteris ipsis hand acceptatis ab eo, ad quem quidem sunt directæ, & qui illas complere tenetur, facta per ipsum promissione de soluendo, licet fuerint acceptatæ ab eo, cuius gratia conscriptæ fuerint, & latius per eum quem consulas.

De Litteris Cambij.

QVÆSTIO I.

Num. 3. ibi, Neapolitan. 498. n. 2. D. Ioannem Baptistam Cauatium, de Cambijs, titul. de varijs quæst. pagin. 244. in fine.

QVÆSTIO II.

Num. 5. ibi, Compilat, adde, subtilis autem Bald. quem retulit, ac sequutus est Clar. D. Peregr. ad titulum de pactis, & conuentionib. in versic. constitutum, nu. 115. tradit, quod ipsemet litteræ cambiorum originem traxerunt a materia constituti.

QVÆSTIO V.

Num. 5. ibi, sed est permutatio, adde, Adiungas D. Alexandrum Ambrosinum dec. sua Perusina 35. n. 1. p. 1.

Decoctio campforis an cedat damno creditoris, qui recepit ordinem à suo debitore campfori directum, vt sibi soluat, vel potius debitoris, qui dedit dictum ordinem, maxima est apud Scribentes nostros dubitatio.

QVÆSTIO VII.

S V M M A R I V M.

- 1 *Cuius damno cedat decoctio campforis, creditoris ne, vel potius debitoris, pntebra est dubitatio.*
 2 *Bartoli distinctio deducitur.*
 3 *Ratio pro confirmatione supradictæ distinctiois deducitur.*
 4 *Opinio Fulgos. improbantis supradictam distinctionem. B. art.*
 5 *Sententia D. Ias. deducitur, tribus prius per ipsum suppositis de quib. §. n. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. & 13.*
 14 *Et hæc Iason. resolutio applaudit auctori.*
 15 *Debitor mandauit alteri, puta Titio campfori, vt pro se soluat centum Manio, An ex hoc mandato debitor ipse remaneat liberatus, dubitatur.*
 16 *Conclusio sit pro negatiua.*
 17 *Ratio.*
 18 *Fallit supradicta conclusio, sit debitor dicat: committo*

D tali

- tali campfori, vt loco mei, vel vice mea tibi soluat: nam in hoc casu intelligitur facta delegatio.
- 19 Sed hæc limitatio damnatur per authorem, & n. 20.
 - 21 Limitatur secundo si campfor mandatarius in libris suis scripserit se debitorem illius, cui debeat soluere iuxta mandatum sibi factum.
 - 22 Intellige, ac declara, prout ibi.
 - 23 Amplia, & n. 24.
 - 25 Sublimita.
 - 26 Numquid quando creditori est promissum solui per campforem, mandante principali debitore, mandans ipse sit liberatus a dicto creditore principali, dubitatur.
 - 27 Conclusio sit pro affirmatiua, dummodo tria concurrant, de quibus, & n. 28. 29. & 30.
 - 31 Limitatur supradicta conclusio si mandatum sit debitori, vt soluat, & ille tantum promiserit, tunc enim non inducitur liberatio per promissionem.
 - 32 Declara, vt ibi.
 - 33 Contrarium tenuere infiniti.
 - 34 Sed supradicta prior opinio vti prior retinetur.
 - 35 Ampliatur.
 - 36 Declaratur ex sententia Clariss. Menochij post Castrenf. & Socinum.
 - 37 Sed ista delaratio refellitur per authorem.
 - 38 Coarctatur secundo supradicta conclusio, quando mandans ipse sciisset mandatarium campforem de proximo de coactorum, & n. 39. & 40.
 - 41 Fallit tertio, quando mandans promisit se facturum, & curaturum, quod campfor delegatus soluet.
 - 42 Item quando ipsemet delegans laudauit delegatum pro bono, & legali mercatore.
 - 43 Item quando creditor recepisset debitorem ex delegatione periculo ipsius delegantis.
 - 44 Et similiter, quando promissio facta per delegatum ipsi principali creditori esset inutilis.
 - 45 Limitatur quarto si mandatum est per principalem debitorem, quod fiat solutio, vel promissio in diem, vel sub conditione.
 - 46 Ratio, & n. 47.
 - 48 Fallit quinto, quando ipsemet debitor principalis delegans esset socius ipsius campforis delegati, qui decoxit.
 - 49 Quando mandans conuenit cum creditore, vt mandatarium seu campforem delegatum pro ipso recipiat, quia tunc videtur subrogatus ipse mandatarius in locum principalis debitoris, ipse mandans per consequens censetur liberatus.
 - 50 Amplia, & sublimita, vt per Gabr.
 - 51 An ipsemet debitor principalis liberatus censeatur, quando daret creditori suo nomen alicuius sui debitoris in solutionem.
 - 52 Conclude, quod sit.
 - 53 Idem iuris quando principalis creditor ob promissionem factam per mandatarium redderet instrumentum, vel chirographum ipsi principali debitori mandanti, quia ex hoc videtur liberasse ipsummet principalem debitorem mandantem.
 - 54 An mandatum soluendi factum per debitorem campfori illi delegato reuocari possit.
 - 55 Consulendus pro resolutione, Card. Mant.
 - 56 De materia, videndi plures DD. remissiuè.

Requens in foro est illa quæstio, cuius damno cedat decoctio campforis, creditoris ne, qui recipit ordinem a suo debitore campfori directum, ad effectum, vt sibi soluat, vel potius debitoris, qui dedit dictum ordinem.

Bart. auriga noster, pro huiusce dubitationis resolutione, in l. singularia, n. 19. ff. si cert. petat. ita distinguendum esse ratus est. Audi eius verba, & c.

Ego dico campfori, vel mercatori, quod soluat sibi illud, quod debeo tibi pro pretio pannorum, vel pro pretio libri, sum ego a te liberatus. Respond. Siquidem ille, campfor promisit tibi, ita promissio, quam habes, cedit loco solutionis precuniarum, & ego sum liberatus, l. pupilli, §. 1. de solutionibus. Si vero mercator non promisit tibi aliquid, sed solum dixit tibi, quod solueret, non sum liberatus, vt patet ex supradictis, ideo si mercator cederet foro, quod in Tuscia appellatur fallire, posses iterum remittere contra me primum debitorem. Hæc Bartolus.

Pro cuius quidem opinionis corroboracione considerari etiam potest, quod quando iubeo campfori, quod soluat, quod debeo, puta Titio, & campfor per stipulationem promittit ipsimet Titio acceptare, & nomine meo, ita, est delegatio, vt declarat gl. Magistralis, & notatur in leg. quamuis, §. mulier, in gl. 1. ff. ad Velleian.

Sed sic est, quod delegare est soluere, d. l. quamuis, §. inter dum, sed per solutionem liberatur ipso iure: quia per solutionem eius quod debetur, ipso iure omnis tollitur obligatio. Inst. quib. mod. tollat. oblig. in princ. Ergo eodem modo per delegationem ipso iure dico esse liberatus. Et in terminis, quod per delegationem quis liberetur ipso iure, est textus in d. leg. delegare, in vers. vice sua de nouationibus.

Fulgos. secundo loco in d. l. singularia, n. 18. tenuit contra supradictam distinctionem Bartoli, motus, quia licet de iure Digestorum per interuentum nouæ personæ fieret nouatio, hodie tamen non fit nouatio, nisi expresse sit actum, §. prater ea, Inst. quib. mod. tollat. oblig. & l. fin. Cod. de Nouat. nisi consuetudo aliter se haberet, secundum eum, l. 2. in fine, C. de const. pec.

Dominus Iason tertio loco principaliter in d. l. singularia, nu. 35. cum seq. post relatas nonnullas alias Scribentum opiniones, videlicet Paulo de Castro, in d. l. singularia, n. 20. & 21. & Ang. in l. 2. & l. delegare de nouation. pro maiori enucleacione huiusce difficultatis, tria quidem primò animaduertenda proponit, exinde verò distinctionem quandam subnectit.

In primis itaque necessarium est scire docet ipse, quando dicatur nouatio, & quando dicatur delegatio, sciendum est autem, quod iste terminus (Nouatio) potest capi large, & strictè, sicuti terminus, adoptio, l. 2. ff. de adopt.

Si capiatur large, & sic tamquam genus, comprehendit sub se delegationem, & nouationem in specie, prout declarat gl. in Rubr. ff. de Nouat. & Cinus in Rubr. C. eod.

Cognito ergo quid sit proprie delegatio in specie, cognolces etiam quid sit Nouatio.

Delegatio autem, (vt ad materiam proprius accedamus) est vice sua, seu loco suo delegare vnum alterum propter solemnem stipulationem, qui sic debitor delegantis, & promittat tamquam debitor delegantis, & acceptetur, ita probatur in l. delegare, l. & ibi Bart. & in l. delegare, ff. de nouatio. & vtrouique dicitur, quod requiritur stipulatio, prout est text. in l. 1. C. de nouation. & requiritur quod iste promittat precedente mea iussione, alias si quis promitteret illud quod ego debeo, sine mea iussione, non est delegatio, sed simplex nouatio, prout declarat Bart. in d. leg. delegare. Item si is, quem delegauit, non esset debitor meus non est proprie delegatio. Item, si esset debitor meus, & promitteret ex iussione mea, sed non tamquam debitor meus, non est delegatio proprie; Latius autem prosequitur idem D. Iason vide per eum. Adeas quoque Illustr. D. Cardin. Mantiam, de tacitis, & ambiguis, libr. 17. tit. 8. n. 1. vsque 12. vbi omnium elegantissimè de omnibus supradictis discurrit. Adiungas etiam D. Cagn. in d. l. singularia, nu. 165. cum infinitis seq.

Secundo principaliter, ex sententia eiusdem D. Iasonis præsupponendum est pro vero fundamento leg. fin. Codic. de nouationibus & §. prater ea, Inst. quibus modis tollit. oblig.

oblig. per quæ iura corriguntur leges antiquæ Digestorū & statuitur, quod hodie nunquam fiat nouatio, nisi expressè agatur à partibus, quod illa iura non corriguntur neq. locum habent in delegatione propriè sumpra, & ideo si creditori meo delego campforem, qui sit debitor meus, per delegationem fit nouatio, quamuis non fit expressè dictum, prout latius hoc comprobatur idem *D. Iason loco iam admonito*, quem consulas, addas *D. Gabriel. concl. 1. inferius citanda n. 49. vbi latè, & Illustr. D. Card. Mantie de tacitis, & ambiguis, libr. 17. tit. 7. vbi omnium latissimè, ac elegantissimè.*

11 Tertio, & ultimo animaduertendum est ex sententia prædicti *D. Iasonis*, quod loquendo in nouatione propriè hodie nunquam fit ipsa nouatio, nec ipso iure, nec ope quoque exceptionis, etiam in casibus, in quibus olim fiebat ipso iure, sed ipsamet expressim faciendâ est, *d. l. fin. C. de nouationib. & latius videas penes eundem Iasonem. Ad das D. Hieronymum de Causal. questione sua communi contra communem 59.*

12 Istis tribus notabilibus sic præmissis, concludit modo idem *D. Iason* in questione proposita per *Bartol.* quod si formetur in terminis, vbi fit propriè delegatio, vt quia præsupponas, quod ille campfor esset debitor meus, & per solemnem stipulationem promitteret nomine meo, tanquam debitor meus, me iubente, & creditore cum acceptante, tunc ista esset propriè delegatio, & isto casu esset ego ipso iure liberatus, adeo quod si campfor auferret, aut decoqueret, amplius conueniri non possem. Et in istis terminis idem *Iason* concludit veram esse doctrinam *Bartoli.*

13 Si autem non appareret, quod ipse campfor esset debitor meus, aut non promitteret tanquam debitor meus, quia ista non est propriè delegatio, non liberaretur nec ipso iure, nec ope exceptionis, contra *Bartol.* per regulam *leg. fin. C. de nouation.* qua deciditur, quod nouatio hodie nec ipso iure, nec ope exceptionis fieri potest, prout etiâ fuit superius e doctum, & isto casu ipse campfor censetur tanquam fideiusor meus, & latius vide per eundem *D. Iasonem* nam ibidem etiam, & præcipuè sub numero 38. pulchris quidem rationibus motus, reprobatur opinio nem quamdam *D. Francisci de Aretio*, existimantis delegationem adhuc esse propriè, quamuis ille, quem delego, non sit alias debitor meus, ibique cuncta quæ pro dicta opinione *D. Aretini* deduci possunt, eleganter dissoluit.

Videas tamen *Afflictum decis. sua 353. in primis numeris*, vbi ob diuersitatem opinionum scribentium in hoc proposito, nequit se resoluerè.

14 Et hæc quidem scripta per *Do. Iasonem* mihi quoque valde probantur. Sed pulchre altè in hac eadem materia excitari possunt quinimo excitatur ab scribentibus nostris difficultates, de singulis itaq; differamus.

15 Prima quidem & principalis est, quid iuris existat, si debitor mandauerit alteri puta Titio campfori, vt pro se soluat puta Mæuio centum, an ex hoc mandato debitor ipse remanebit liberatus.

16 In huiusmodi hesitatione conclusio fit pro negativa. Sic præcisè post *Bart. Ang. Castrensis. Purpuratum, ac alios, eruditiss. Gab. concl. sua 1. n. 5. tit. de nouat. lib. 3.*

17 Et ratio est, secundum eundem sub n. 6. quia ante acceptationem factam per creditorem, tale mandatum, quando non est secuta promissio, potest reuocari.

18 Limitatur tamen supradicta conclusio si debitor dicat: committo tali campfori, vt loco mei, vel vice mea tibi, puta Titio soluat, nam in hac casu intelligitur facta delegatio Sic præcisè post *Card. Paris. cons. suo 107. n. 44. cum seq. in 3. tradidit idem D. Gabr. d. concl. 1. n. 7.*

19 Sed isthæc limitatio non mihi valde probatur, in primis enim tale mandatum quodcumque ante acceptatio-

nem factam per creditorem, poterit reuocari, prout supra in difficultate proposita potest contingere, vnde, &c.

20 Accedit, quod non potest dici inducta, neq; facta delegatio, nisi ea omnia ex sententia *Iasonis* intercesserint, de quibus supra n. 566. vsque ad 14. quam quidem in casu isto minimè intercessisse liquet inter omnes, vnde, &c.

21 Coarctatur conclusio secundo, si campfor ipse mandatarius in libris suis scripserit se debitorem illius, cui debebat soluere, iuxta mandatum sibi factum, nam ex hoc videtur promississe, & esset obligatus, & primus debitor mandans per consequens esset liberatus. Sic præcisè post multos relatos idem *D. Gabr. d. concl. 1. numer. 8. cum seq. Ad das Clarif. Do. Menoch. libr. 3. præsumpt. 134. numero 50. & 51.*

22 Intellige tamen, quando creditor ipse acceptauit promissionem ipsa sibi factam per mandatarium, secus si e contra, ad latè tradita per *D. Garziam Masfril. decis. sua 172. num. secundo.*

23 Amplia, vt isto casu ipsemet mandatarius debitor mandans, stante supradicta promissione facta illi cui soluendū est, liberatus quoque censetur a debito; quod habebat cum ipso mandante, nec sanè mirum, quando enim scripsit se debitorem in libris suis, illius, qui detulit litteras non potest amplius ab ipso onere soluendi se subtrahere; quemadmodum etiam non potest amplius mandans ipse mandatum ipsum reuocare, vnde, &c.

24 Et aduerte, nil referre, quod ipsemet mandatarius scripserit in libris suis se promississe, vel se tantum debitorem Sic eleganter docuit supradicta omnia licet non ita clare *Cl. Gabr. d. concl. 1. n. 11. cum seq.*

25 Claudicat tamen hoc, nisi mandatum sit solui, & ille, videlicet mandatarius, tantum promiserit, quia ante solutionem, etiam post promissionem, quæ non videtur mandata, res dicitur integra. Sic præcisè post *Castrensem Do. Gabr. d. concl. 1. num. 18. de hoc tamen inferius pleniori folio differetur.*

26 Altera secundo loco succedit hic principalis difficultas, & est: Numquid quando creditori est promissum solui per campforem, mandante principali debitore, mandans ipse sit liberatus a dicto creditore principali.

27 Huic quidem difficultati satisfaciendo concludere breuiter pro affirmatiua; dummodo tamen tria requisita concurrant.

28 Primum est, vt ille mandatarius campfor, qui promissit, sit debitor ipsius mandantis.

29 Alterum, vt ipsemet promittat creditori principali per stipulationem, quod tamen non seruetur, in curia mercatorum, in qua seruetur æquitas, vel de iure Canonico, secundum quod tam valet pactum nudum, quam stipulatio.

30 Tertium, & vltimum, vt idemmet mandatarius promittat tanquam debitor ipsius mandantis.

Sic eleganter colligitur ex traditis per præfatum *D. Gabriel. d. concl. 1. d. n. 19. vsque ad 26. inclusiuè.*

31 Limitatur autem supradicta firmata Conclusio varijs, in casibus.

Primum quidem est, si mandatum sit debitori vt soluat, & ille tantum promiserit, tunc enim non inducitur liberatio per promissionem: quia aliud est mandatum, aliud est executum: nam mandatum est, vt mandatarius verò ipse promissit tantum. Sic præcisè tradiderunt infiniti, quos retulit, ac sequutus est idem *D. Gabriel. d. concl. 1. num. 27.*

32 Intellige tamen, vt non liberetur ipsemet mandatarius qui non impleuit mandatum, sed bene intelligatur liberatus ipsemet mandans per doctrinam *Bart. in d. l. singularia n. 19. vbi docuit, quod quâdo campfor alicui promissit soluere, illa promissio acceptata cedit loco solutionis pecuniæ, & debitor ipse principalis censetur liberatus. Sic præ-*

- cisè colligitur ex scriptis per eundem *D. Gabriel. d. concl. 1. num. 28.*
- 33 Nota tamen contrariam hac in re opinionem placuisse nonnulli, quos retulit *Clar. D. Menoch. d. presump. 134. numer. 69. vers. ceterum. His addas D. Cagnol. in d. l. singularia, num. 161. vbi latè, nec non Bolognet. ibidem. num. 89. vbi dedit Barbatiam consil. 37. in 1. Socin. consil. 267. in secundo, ac plures alios, & nouissime Illustr. D. Cardin. Mantiam de tacitis, & ambiguis, lib. 17. tit. 8. num. 13. & 15. cum seqq. Adnectendus quoque eruditiss. D. Hercules Marefcot. var. resolut. lib. 2. cap. 11. num. 1. & 2. vbi subdit Rotam Romanam in pluribus casibus ita iudicasse, & præsertim in vna Bononiensi pecuniaria, 13. Ianuarij 1581. coram bonis mem. Cardin. Lancellotto, Videndus idem per totum capitulum, vbi multa scitu digna in hoc proposito dedit.*
- 34 Sed à priori opinione vti veriori, ac communiori minime recedendum iudico quam sequutus est quoque inter ceteros, idem *Cl. D. Menoch. d. num. 69.* vbi etiam nonnulla, quæ ex aduerso obijciuntur: acutiissime dissoluit. Addas *Clariss. D. Fachinam, lib. 2. suarum iuris controuerf. capit. 73.* qui quidem mouetur ex eo, nam per delegationem factam, debitorem liberari ex eo constat, quod delegare nihil aliud est, quam vice sua alium dare reum creditori, vel cui creditor iusserit, ad l. delegare, ff. de Nouation. vt merito is, qui reum delegauit, soluisse dicatur à Iuriconsulto in l. quamuis. §. interdum, ff. ad Velleian. & latius, vt per eum, qui etiam nonnulla contraria elegantes refellit. His omnibus adiungas *Illustr. D. Card. Tuscum, conclus. sua 12. n. 32. & 89. in littera C.*
- 35 Ampliatur autem isthac Conclusio, vt eo magis procedat, si constaret, quod creditor ipse principalis esset contentus illo nomine debitoris, tunc enim sine dubio liberaretur, ipse iubens, qui erat primus debitor. Sic eleganter post alios idem *D. Bolognet. d. n. 89. versus finem.*
- 36 Declaratus tamen hæc eadem communis opinio, vt minime procedat, quando mandauit campfori debitori meo vt re ipsa, & cum effectu solueret tibi meo creditori, & campfor solum promisit tibi soluere; hoc sanè casu ego non sum a te liberatus, sicut nec is campfor a me. Sic egregie declarando quandam doctrinam Socin. dedit inter alios idem *Cl. D. Menoch. d. presump. 134. n. 73.* & hoc etiam ante eum animaduertille visus est *Dom. Paul. de Cast. in d. l. singularia, n. 21.*
- 37 Sed hæc tanti viri declaratio non mihi videtur tuta, arbitror enim parum differre, quod debitor principalis mandet alicui campfori suo debitori, vt soluat puta Titio suo creditori, simpliciter, & quod soluit cum effectu, & re ipsa: nam in omni casu campfor ipse tenetur prestare id, quod debetur, iuxta definitionem, & naturam ipsius solutionis, quæ definitur, vt sit eius, quod debetur reddito ad tradita per *D. Sebastian. Medices de Definitionib. part. 2. definitione 63. n. 6.* quamobrem frustra constituitur differentia inter prædictos casus, vt videlicet primo debitor principalis censeatur liberatus, secundo vero non itidem, vnde, &c.
- 38 Coarctatur secundo principaliter supradicta Conclusio, quando mandans ipse sciussit mandatarium campforem de proximo decocturum: tunc enim non liberatur quamuis fuerit facta delegatio, aut si liberatur, saltem tenentur de dolo ad interesse ipsimet creditori. Sic præcisè post plures relatos tradidit *Cl. D. Gabriel. dicta conclus. 1. num. 29. & 30.*
- 39 Hoc idem tradidit ante ipsam *D. Iason. in d. l. singularia, num. 40.* vbi subdit, quod si ipse mercator delegatus decoxit, vel aufugit intra breue tempus, præsumitur, quod ipsemet debitor principalis fuerit in dolo, & de hoc habuerit sciētiam propter breuitatem temporis, & latius, vt per eum, quem consulas.
- 40 His adiungas *Clar. D. Menoch. d. libr. 2. citata presump. 134. num. 74. & D. Alexand. Ambrosin. libr. 2. decis. sua Perusina 35. n. 18.* vbi plures alios concordantes deducit, & *Illustr. D. Cardin. Tuscum d. conclus. sua 12. num. 9. in littera C.* Addas quoque *D. Garfiam Massill. decis. sua 172. per totam,* vbi subdit ita iudicatum de anno Domini 1608. mense Augusti, & nouissime *D. Ioan. Franciscum del Castillo, decis. sua 46. per totam,* vbi similiter in sacra Regia audientia Regni Siciliae ita de eodem anno 1608. 13. Augusti iudicatum fuisse subnectitur.
- 41 Fallit tertio, quando mandans promisit se facturum, & curaturum, quod campfor delegatus soluet, quia tunc illo fugam accipiēte, non liberatur ipse delegans. Pulchre *Illustr. D. Card. Tusc. d. concl. 12. n. 10.*
- 42 Item, quando ipsemet delegans laudauit delegatum, pro bono, & legali mercatore.
- 43 Item, quando creditor recepisset debitorem ex delegatione periculo ipsius delegantis.
- 44 Et similiter tandem quando promissio facta per delegatum ipsi principali creditori, esset inutilis, sic eleganter tradidit hæc omnia post alios idem *D. Gabr. d. concl. 1. num. 31. cum tribus sequentib.*
- 45 Limitatur quarto principaliter si mandatum est per principalem debitorem, quod fiat solutio, vel promissio in diem, vel sub conditione, quia ante diem, vel conditionem, non est liberatus ipse mandans. Nec sanè mirum, Conditio enim nil ponit in esse, & quæ sub conditione existunt, non sunt sub dispositione vt latè disseruimus in *tract. nostro de verbis enunciativis, lib. 3. q. 5. n. 2.*
- Sic in terminis clare docuit idem *D. Gabr. d. concl. 2. n. 35. & 36.* vbi tamen subdit, quod licet sub ante euentum conditionis non sit inducta nouatio, non potest tamen mandatum reuocari in præiudicium principalis creditoris, qui accepit, & latius, vt per eum.
- Sequitur etiam *Cl. D. Menoch. d. presump. 134. numer. 72.* vbi *Salicetum, Socinum, Puteum, ac alios concordantes deducit.*
- 48 Fallit quinto, quando ipsemet debitor principalis delegans, esset socius ipsius campforis delegati, qui decoxit. Sic eleganter tradidit post alios *Do. Gabriel. d. conclus. 1. num. 37.*
- 49 Alia tertio loco principaliter succedit hæc Conclusio, & est, quando mandans conuenit cum creditore, vt mandatarium, seu campforem delegatum pro ipso recipiat, quia tunc videtur subrogatus ipse mandatarius in locum principalis debitoris, & ipse mandans per consequens censeatur liberatus. Sic clare colligitur ex scriptis dicti *D. Gabriel. præcit. concl. 1. n. 39. & D. Menochij. d. presump. 134. n. 64.* vbi ad id affirmandum ea ratione mouetur, quia videtur facta nouatio mediante delegatione, vt probatur in l. delegare, vers. vice sua, ff. de Nouation vbi *Castrens.*
- 50 Amplia tamen, & sublimita, vt per eundem *D. Gabriel. dict. conclus. 1. num. 40. vsque ad 44. inclusiuè,* ad quem ne ex scriptis scripta conficiam lectorem beneuolum relego.
- 51 Subintrat hæc dubitatio, & est, an ipsamet debitor principalis censeatur liberatus, quando daret creditori suo nomen alicuius sui debitoris in solutum.
- 52 Et resolutiuè procedendo hæc concludas, quod sic. Sic præcisè tradiderunt quamplurimi, quos retulit, ac sequutus est, idem *D. Gabriel. d. conclus. 1. numero 45.* Addas *Clariss. D. Menoch. d. presump. 134. num. 61.* vbi plures alios concordantes deducit.
- 53 Idem iuris esset, quando hæc principalis creditor ob promissionem factam per mandatarium, redderet instrumentum, vel chirographum ipsi principali debitori mandanti, quia ex hoc solo videretur liberasse ipsam principalem debitorem mandantem. Sic eleganter colligitur ex scriptis per eundem *D. Gabriel. d. conclus. 1. num. 47. & D. Menoch. d. presump. 134. n. 66.* vbi tamè post *Purpur.* subnectitur, hoc

hoc potius prouenire ex redditione instrumenti, quæ quidem arguit solutionem, ad l. Labeo, ff. de pactis, & aliâ dictum fuit.

Addas nunc pulchram decisionem in terminis terminantibus D. Matth. de Afflictis decisione sua 353. per totam. Cõferunt etiam mirum in modum scripta per Cl. D. Sfort. Oddum cons. suo 87. in 1.

54 Quinta, & vltima colligitur ex fupradictis dubitatio & est, an mandatum illud soluendi factum per debitorem campfori illi delegato, possit reuocari.

55 In qua quidem difficultate consulas Illustr. D. Cardin. Mantiv. d. tit. 8. a. n. 19. vsque in finem, Adeo enim pulchrè, & eleganter ipsimet satisfacit, vt vniuscuiusque alterius opera superuacua indicetur, ad ipsum igitur, ne ex scriptis scripta conficiam, ac aliena mihi videar vsurpare lectorem beneuolum relego, sat sit locum indicasse.

56 Et hæc satis. Latius vide de materia penes eundem D. Menoch. d. casu 134. ferè per totum, DD. omnes in d. leg. singularia, & Illustr. D. Cardin. Tusc. d. concl. 12. in littera C. Adiungas quoque Card. Parisium, consil. suo 107. lib. 3. & D. Hieronymum de Caualos, quæstione sua communi contra commune n. 754. per totum. Addas etiam D. Marc. Anton. Eugenium cons. suo 73. Surdum cons. 145. per totum Cardin. Tuscum conclus. 144. in littera D. & prius conclus. 142. in littera D. & Do. Herman. Meierum de pignorib. & hypothe. cis, lib. 2. c. fin.

Quædam notabilia in materia litterarum cambijs.

Num. 45. ibi, glos. 1. adde, 46. In cambijs numquam transfertur dominium, nisi ab vtraque parte pecunia tradita. Alex. Ambrosinus decisio. sua Perus. 35. n. 3. p. 2.

Num. 46. ibi, cons. 296. n. 24. adde.

47 De pecunijs argenteis datis mercatori pro cambiendis in aureis, data illarum existentia, & identitate, numquid vendicari possint, & in illis qui dederit omnibus præferatur.

48 Vide Ambrosinum dec. sua Perusin. 35. p. 2. per totam.

49 Quis dicatur iudex competens in cognoscendo, an cambia sint licita, vel illicita.

Videndus D. Ioan. Baptist. Cauat. de cambijs tit. de Iudicijs, pag. mibi 237.

50 An quis constituatur in mora per solam interpellationem in cambio. Vide eundem Cauatium d. tract. tit. De non solvente, pag. 236. vers. Quæro, an quis constituatur.

51 An in mandato generali veniat facultas recipiendi ad cambium. Adeas Cauatium d. tit. de probationib. vers. Quæro, an in mandato, pag. 244.

52 An campfor requisitus teneatur edere suos libros: vide Cauatium d. tit. De probationib. ver. Quæro, an campfor.

53 An in contractu f cambiij possint cumulari plures contractus. Vide Cauatium dict. tract. tit. de vsura pg. mibi 243. in fine.

54 Quæritur, an aliqua ratione dans ad cambium ficcum, possit aliquid lucri percipere.

Vide Cauatium d. tit. de vsura. d. pag. 243. vers. Quæro an aliqua

55 Campfor habens cambium verum præ manibus dedit ad cambium ficcum egenti, & hac de causa omisit facere cambium verum, an poterit exigere lucrum: tractat Cauatius d. tit. vers. Quæro pone. pag. 242.

56 Campfor dedit Meuo ad cambium recepto pignore, quæritur, an id facere potuerit.

Vide Cauat. d. tit. pag. 241. vers. Quæro Anton.

57 An ille, f qui facit contractum cambiij verè vsurarium, sit tutus propter consuetudinem in foro fori: adeas Cauat. d. tit. pag. 240. vbi pulchrè.

58 An exceptio non numeratæ pecuniæ habeat locum in cambio, Videas Cauat. pag. 236. tit. de exceptionib.

59 An fideiussor soluens cambia sicca, repetat a principa debitore, differit Cauat. d. tract. tit. de fideiussorib.

60 An principi liceat prorogare terminum soluendi cambium. Vide Cauat. d. tract. tit. de tempore, vers. Quæro an Principi.

61 An mandatum ad cambia intelligatur solum pro prima vice. Cauatius d. tractatu tit. de pactis, pagina 231. vers. Quæro an mandatum.

62 Campfor soluendo litteras viciatas, seu falsificatas, an liberatur: adeas Cauatium tit. de solvente in loco ad quem, pagin. 230.

63 Litteræ cambiij non præsumuntur factæ in fraudem, & de ratione. Vide Barclarum in suo tract. de Dolo. 13. 789.

De Litteris credentialibus.

Num. 22. in fine, in littera L adde, & D. Anton. Gomez variar. res. tom. 2. c. 13. n. 5.

De Litteris amatorijs.

Num. 18. ibi, & hæc satis, adde, An autem, & quando mulier ex sola confessione puniatur de adulterio, in præfentiarum minimè discutio. Sed adeundus D. Hercules Marefcottus variar. resol. lib. 2. c. 89. vbi pulchrè.

De litteris onerarijs, aliàs de porto, seu ligagiorum. An ex supradictis litteris probatio aliqua oriatur, contingit apud Doctores nostros dubitari.

S V M M A R I V M.

- 1 Litteræ onerariæ cur ita appellantur, edocet auctor.
- 2 Litteræ onerariæ probant rem esse illius, qui nauem oneravit ex sententia Saliceti, & aliorum.
- 3 Contrarium tenuit ex professo Cl. D. Menoch.
- 4 Respondet ad authoritatem Salic. & sequacium.
- 5 Et hanc eandem Menochij sententiam sequitur quoque auctor.
- 6 Amplia in duobus casibus, de quibus ibi, & n. 7.
- 8 De materia huiusmodi litterarum, videndi nonnulli DD. remissiuè.

1 **A**D intelligentiam dicendorum, hoc vnum prius sciendum est, quod ideo huiusmodi litteræ nuncupantur onerariæ, exemplo eius, quod dicimus de nauibus onerarijs, de quibus fit mentio in l. 2. ff. de captiuis. & postliminio reuersa deo autem naues onerariæ dicuntur, quia a gestandis oneribus dictæ sunt. prout docuit D. Schenard. in suo Lexico, in ver. Onerariæ naues.

2 Hoc præmissis, pro resolutione modo difficultatis propositæ, concludas ex sententia Saliceti, ac aliorum, de quibus infra ex supradictis litteris probationem induci, quod res fit illius, qui nauem oneravit. Sic præcisè docuit idem D. Salic. in l. cum proponas, nu. 5. C. de nautico fanore, vbi protulit hæc verba.

Item iuxta prædicta potest dubitari, qualiter sciatur, an merces sint magistri nauis, vel mulaterij, seu vectoralis vel alterius. Dic, quod recurritur ad litteras ligagiorum, quas consueuerunt secum portare, & alias coniecturas verisimiles consideratis rebus, quæ protantur, & personis portantium, argumento. ff. locat. l. cum in plures, §. vehiculū. l. & colonus, §. nauē, eod. tit. & hoc tenet Baldus. Hæc Salic. quem præcisè sequutus est D. Bennenut. Straccha de Affecuratiõib. glo. 11. numer. 51. & Clarifs. D. Mascard. de

probationib. conclus. sua 990. num. fin. Adas D. Sebastianum Medicem decisio. sua Rotæ Marchiane 6. num. 9.

3 Contrariæ autem sententiæ, videlicet quod ex ipfis litteris probatio minimè inducatur, quod res sit illius, qui nauem oneravit, adhæsit Clar. vir, nunquam satis laudatus & D. Menosh. conf. suo 576. n. 13. cum seq. in 6. rationibus, vt per eum elegantissimè perpensis, ipsum consulas.

4 Ad autoritatem autem D. Saliceti, & sequacium respondetur, quod ipsi non affirmant, quod litteræ ipsæ probent rem esse illius, qui oneravit nauem, vel magistri nauis, sed solum dicit ipse Salicetus, quod vbi dubitatur cuius sint merces adnæta in nauis, recurritur ad litteras ligagiorum, & alias coniecturas, & propterea admissio, Salicetum affirmasse has litteras onerarias coniecturam facere, res esse illius descripti in ipsis litteris, atamen illa est sola coniectura, & præsumptio, non autem certa, & realis demonstratio, & latius, vt per eundem D. Menochiũ.

5 Cuius quidem opinioni & ego inuentissimè subscribo.

6 Ampliatur autem isthæc Conclusio supra firmata, vt eo magis locum habeat, cum agitur de præiudicio tertij: nam tanto minus litteræ ipsæ onerariæ probant dominium rerum ad fauorem eius, qui onerari fecit in præiudicium ipsius tertij, sicque contra tertium. Sic eleganter firmavit inter alios idem D. Menoch. d. conf. 576. n. 19. vbi pluribus similib. conclusionem istam comprobat, vide per eũ.

7 Ampliatur secundo, vt præcipuè sibi locum vendicet, quando litteræ ipsæ non fuerint legitime comprobatæ vel per recognitionem scriptoris, vel comparationem litterarum, vel recognitionem earum, qui habent notã manũ illius scriptoris, vel alio modo, iuxta ea, quæ alias per nos scripta fuere dum attulimus requisita necessaria ad faciendã ipsam litterarum comparationem. Sic præcisè tradidit idem D. Menoch. d. conf. 576. num. 16. vers. respicitur 4. Et hæc in medium protulisse de hac litterarum specie fat sit.

8 Latius autem differit de ipsarum materia idem D. Benvenuto Straccha dict. glos. 1. n. 5. cum pluribus seqq. vbi & num. litteræ huiusmodi probent quæ a scribis, seu scribanis, nauium scribi, aut subribi solent; item num. contra tertium litteræ huiusmodi probationem inducant. Item quid iuris si litteræ istæ non appareant, quia confecta non sint, confiter tamen legitime merces ad valorem pecuniarum oneratas, easdemque naufragio amissas, aut per piratas direptas; Num alicurtores litteris ipsis onerarijs non exhibitis, aut non apparentibus, teneatur elegantissimè doceri, ac disceptari, vide per eum, non enim ex scriptis scripta, absq. lectoris utilitate conficienda sunt. Adeundi quoque D. Menoch. in præc. conf. 576. & Medicis d. decij. 6. vbi latè de huiusmodi litterarum in specie differere.

De Litteris officiosis, seu reuerentialibus.

S V M M M R I V M.

- 1 Litteræ officiosæ, in quibus verba generalia, adulatoria, & ad complacentiam alicuius prolata sint, nullam obligationem inducunt contra eas scribentem, & num. 2. & 3.
- 4 Verbe per modum ciuilitatis, seu vrbauitatis, & complementi, prolata nugatoria existimantur, & non obligant.
- 5 Exempla, et n. 6. et 7.
- 8 Si quis dicat, De me, et meis facias ad tui libitum, non inducitur donatio.
- 9 Ista verba, Son vostro seruo, e schiauo, non obligant.
- 10 Verba ista, La rimetto in tutto, e per tutto in voi, non obligant.

- 11 Ex his verbis, capias & tibi soluas, non inducitur mandatum.
- 12 Verba ista, Voglio, che sijno patroni di me, & della mia robba, non obligant.
- 13 Ista verba, non dubitate, che non farete cambiato voi per vn'altro, ne vi fara fatto torto, vti aulica, non obligant.
- 14 Verba aulica, & litteræ officiosæ fauore libertatis, & piæ cause, plenè probant.
- 15 Latius de materia supradictarum litterarum differunt nonnulli scribentes relati per authorem.

1 **E**X litteris ꝑ officiosis, seu reuerentialibus, in quibus verba generalia, adulatoria, etiam complacentiam alicuius prolata sint, nullam obligationem induci contra eas scribentem firmissima sit Conclusio. Sic præcisè notatur communiter per Canonistas in c. cum venissent, per illum textum extra de institut. & præcipuè D. Abbas ibi, nu. 5. notat, quod verba ꝑ generalia prolata, ad complacentiam alicuius, non inducunt obligationem, seu dispositionem. Hanc eandem conclusionem post infinitos propè relatos, retulit, ac sequutus est Do. Mathæus Colerus conf. suo 26. nu. 20. cum seq. & Clar. D. Peregr. conf. suo 94. num. 5. in 1. vbi etiam subdit post alios, quod ꝑ si peto a te, vt dones mihi aliquam rem, & tu respondeas per hæc verba: non tantum istam rem, sed quidquid placebit, quod ego ex ea responsione non potero me fundare ad illam rem petendam, quia promissio illa non fit obligatoria. Adducit ibidem inter ceteros Capolam in l. sciendum, ff. de edil. edicta attestante in quodam casu simili sic fuisse decisum. Hanc eandem illationem post innumeros adductos retulit quoque ac sequutus est D. Carocius, decis. sua 46. num. 20. Clar. D. Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. Centur. 1. casu 88. num. 6. & D. Viuus Opinione sua communi 668. num. 1. addas Clar. D. Ioseph. Ludouicum, conclusionem sua 9. vers. Ampliatur. 7. vbi concordantes deducit, Marsilium, Iasonem, ac alios, vide per eum.

Ex hac conclusione supra firmata, multa in praxi contingentia de facili solui possunt.

- 4 Et primo, quod verba per modum curialitatis, seu vrbauitatis, & complementi prolata, nugatoria existimantur & non obligant. Card. in Clem. Exim, §. nos igitur, de verbor. signific. & tradidit post plures alios relatos idem Cl. D. Peregr. d. conf. 94. n. 6. in 1.
- 5 Exemplum potest esse, si dicatur, (Omnia bona mea tua sunt) prout exemplificat inter ceteros D. Alex. in l. si ita stipulatus, 115. n. 7. ff. de verb. oblig.
- 6 Similiter si dictum fuerit, Offero me, & omnia bona mea ad placita tua, prout notatur in d. c. cum venissent, & in l. sciendum, in princ. & §. 1. ff. de adit. edicto.
- 7 Idem iuris ꝑ si quis dixerit, Mi frater, in omnib. me tuũ esse cognosco; Vel, de bonis meis facias quod tibi libuerit & similia; prout exemplificando docuit inter alios D. Traq. de priuil. piæ cause, priu. 51.
- 8 Inferitur principaliter secundo, quod si quis dicat, de me, & meis facias ad tuum libitum, non inducitur donatio, Sic præcisè post Angel. in l. si cui, ff. de seruitutib. tradidit. D. Vincent. de Carocius dec. sua, seu casu 46. n. 33.
- 9 Exemplifica tertio, quod si aliquis dixerit, (son vostro seruo, & schiauo.) quod ista verba sine dubio vti aulica nihil obligant, vt in præcisè terminis docuit Laderchius conf. suo 101. n. 1. in 1.
- 10 Elicitur ꝑ etiam quarto, quod si per aliquem alicui dictum fuerit (la rimetto in tutto, & per tutto in voi.) quod hæc scribendi forma inanem potius liberalitatem, quam efficacem obligationem præferat. Sic præcisè post alios, idem D. Laderch. d. conf. 101. n. 2.
- 11 Inferitur, quinto, quod si aliquis dixerit alicui, (capias, & tibi soluas,) non inducitur ex illis verbis mandatum, quippe, quod

pe, quod verba illa potius iactationem, quam dispositionem sapiunt. Sic post *Alexand. conf. 135. nu. 3. in 1. tradidit. idem D. Laderch. d. conf. 101. d. nu. 2.*

12 Infertur sexto ꝛ ad responsum *D. Cornei 129. in 3.* vbi tradidit ex professo, quod verba hæc dicta ab patre sponsæ patri sponsi. (*Koglio, che siano patroni di me, & della mia robba,*) non obligare ipsum proferentem. Et hanc decisionem Cornei retulit etiam, & sequutus est, idem *D. Laderch. dicto confil. 101. d. nu. 2.*

13 Infertur septimo, ꝛ quod si aliquis dixerit alicui. (*Non dubitate, che non sarete cambiato voi per vn' altro, ne vi sarà fatto torto*) quod dicta verba vti blanda, & aulica, non sunt obligatoria. Sic præcisè post *Magon. Dom. Laderch. Imol. d. conf. 101. nu. 2. in fine.*

Infertur octavo, & ultimo, quod si quis se aliquando gratum exhibiturum promittit, ex his verbis, vtpotè aulicis, nulla contra ipsum proferentem oritur obligatio. *Matthæus Colerus post alios conf. suo 26. num. 19.*

14 Fallit autem ꝛ supradicta Conclusio principalis, de qua supra, num. 1. favore piæ causæ, & libertatis, ipsarum enim favore verba quantumcumque generalia, & adulatoria, probationem inducunt. Sic præcisè colligitur ex scriptis *D. Iasonis, in l. ex his verbis, numer. 7. C. de testam. milit.* Sequutus est post plures alios adductos *D. Tirac. de priu. piæ causæ d. priuileg. 51. & Vinius d. Opinio. 68. numer. 8.* Vide, per eos. Et hæc satis.

15 Latius autem ꝛ de materia supradictarum litterarum, tractant *Clar. D. Laderchius, & Peregrin. locis iam admonitis, eos consulto.* Videas quoque *text. in l. Lucius Titius, ff. de donation.*

Ad Quæstionem, An dilatio concessa principali debitori ad soluendum medio litterarum induci alium, profit suis fideiussoribus.

Num. 17. ibi, inclusiuè, addas, & D. Hercules Marefcot. variar. resolut. lib. 2. cap. 129.

De annalibus, & quinquenalibus dilationibus.

Num. 13. ibi, exceptione 32. num. 97. adde, & est communis opinio, licet aliter senserit D. Amator Rodriq. in suo tractatu de executione sententia, cap. 8. n. 40. & 41.

Num. 17. ibi, Grafs. numero 99. adde, Præterea ampliat, vt eo magis procedat in institore, vel alicui negotiationis præposito: hi enim procul dubio tenentur, dictam cautionem præstare, si prædicto beneficio vti velint. Sic præcisè idem D. Rodriq. d. cap. 8. num. 41.

Num. 45. ibi, Moratoria, adde, adiungas etiam nouissimè D. Alexandrum Trentacinquum variar. resolut. lib. 3. tit. de solutionib. resolut. 1. 2. & 3. vbi omnium latissimè, ac elegantissimè. Adnectendus quoque D. Amator Rodriq. d. cap. 8. a num. 36. vsque in finem, vbi pulchrè.

Sed ad pleniorè omnium supradictorum intelligentiam, formula supradictæ dilationis quinquennalis obtinendæ subiicienda est.

M. Antonius Memmo Dei Gratia Dux Venetiarum, &c.

Audiuimus dolentem, humilemque petitionem N. varijs debitis onusti quinquenales inducias petentis ad soluendum creditoribus suis, offerentisq; singulo anno quinque annorum ratam debitorum persolvere, ne vagetur, & fama preat, cum totali famillæ suæ desolatione, cum superioribus annis N. ipse sub spe futuræ fortunæ plura contraxerit debita, ad quorum solutionem nuper vexatus, nisi medio legalium terminorum eidem prouideatur, patriam deferere coactus erit, quod esset sibi, & creditoribus

suis iacturæ. Nos autem visa petitione prædicta, visa politia creditorum in actis Cancellariæ producta, viso cōsēsu maioris partis creditorum, respectu maioris sumæ pecuniarum in dicta politia descriptarum, visa forma iuris, & cōsuetudine hætenus antiquissime obseruata; visisque videndis, habentes præfatam petitionem honestam, iurique ac æquitati consentaneā, tenore præsentium concedimus, ac impartimur prædicto N. quinque annorum proximè futurorum terminum ad soluendum creditoribus suis in dicta politia descriptis summas pecuniarum, vt in ea; Hac tamen conditione, quod dictus N. teneatur singula anno prædictorum annorum quinque ratam partem debitorum prædictorum ipsis creditoribus suis persolvere, & eo non solute cogi, compelli, & conueniri possit pro tota summa, exceptis debitis Venetijs, Mercedis, & affectuum. In quorum fidem, &c.

De Litteris Apostolicis.

Num. 6. ibi, sufficere, adde, Addas etiam Do. Matthæum Colerum conf. suo 30. num. 82. vbi tradit, quod de factis antiquis narratio Papæ in litteris etiam recentioribus probat plene, etiam vbi alias non probaretur, ibiq; nonnullos concordantes deducit. Vide per eum.

Num. 11. ibi, probatur, adde, Nota tamen, quod cedulæ, seu epistolæ Cardinalis non creditur, sed bene contra cedulæ Vicecancellarij, quia est officialis, & attestatur de ijs, quæ conceduntur à Papa. Puteus decis. 328. libr. 1.

Num. 23. ibi, repertantur, adde, sequutus est nouissimè Cl. D. Petrus de Cabal. conf. suo 95. nu. 18. in 2.

Num. 24. ibi, tetigisse, adde, addas etiam Do. Herculem Marefcot. lib. 2. variat. resolut. 6. 9.

De Litteris Episcopi.

Numero 13. ibi, vol. 1. adde, Sequutus est Dom. Nicolaus Garzia de beneficijs, par. 8. cap. 4. nu. 39. vbi post plures, alios relatos, reddit rationem dicens, nam factum præsumitur sollemniter actum, nisi contrarium probetur, & latius, vt per eum.

Num. 27. in fine, ibi, clerici, adde, sic tandem censuit Cl. D. Nicolaus Garzia d. suo tract. nuper edito, capit. 4. numer. 35. cum seqq. vbi tradit, quod creditur litteris Episcopi solo sigillo suo sigillaris, sine notario, & testibus, super resignatione facta in suis manibus per eum admittit, & collatione subsecuta, & faciunt plenam fidem, dummodo omnia in litteris suis cōtenta coram eo, & per eum vno, & eodè tempore facta, & cōpleta existant, alias non facerent fidem nisi de ultimo actu, quia omnia, & singula prædicta spectant ad officium suum, & inter subditos suos, extra iudicium per eum expediuntur. Et latius per eum, quem omnino consulas.

Num. 66. ibi, vbi pulchrè, adde, & D. Ernesth. Cothoman. confil. suo 47. per tot. addas D. Garziam d. cap. 4. nu. 36. cum plurib. seqq.

De Litteris Imperatoris.

Num. 19. ibi, sequitur, adde. Rebuffus post Paul. de Monte Picho.

Delegatio an probetur per solum sigillum delegantis, quod reperitur in aliqua scriptura scripta manu alterius & an delegatio Summi Pontificis, vel Imperatoris probari possit per litteras. Pulchra est dubitatio.

Cl. D. Masc. de Probationib. concl. sua 492. huic quidem difficultati adeo doctè, & eleganter satisfaci, vt vniuersusque alterius opera superuacua iudicetur, ad ipsum igitur ne ex scriptis scripta inficiam, & aliena mihi videatur usurpare, lectorem beneuolum remitto. Adeas quoq; Illustris. D. Card. Tuse. concl. sua 154. in litt. D.

De

De litteris Sereniss. Reipubl. Venetorum.

Creditur litteris Serenissimæ Dominationis Venetorum etiam ad eorum commodum propter excellentiam legalem eorum, quæ non est minor, quam numularij, cuius libro creditur, si est persona honesta, Sic præcisè *Ioannes de Anania, cons. 53. per totum, sequutus est Card. Tuscb. conclus. sua 70. num. 38. in littera V.*

ADDITIONES AD LIBRVM IV.

De Scriptura priuata.

De libris rationum.

Numero 36. ibi, hoc procedit, adde, Ampliatur postremò, vt idem iuris sit, licet agatur de partitis extractis ex libris ipsis rationum, & partitæ ipse appareant postea firmatæ per falsum factum manu allegari debitoris, adhuc ex ipsis partitis non oritur probatio ad fauorem ipsius scribentis, nisi aliter de suo edoceat credito. Sic in terminis docuit *Clar. D. Petr. de Caball. cons. suo decis. 68. in 2.*

Num. 48. ibi, prosper, adde, Paseribus,

Num. 92. ibi, aduerte, adde, tamen.

Num. 126. ibi, Hieron. adde quoque.

Num. 145. ibi, dist. casu, num. 70. adde sequutus est post alios nouissimè, Dom. Petrus de Caball. consilio suo decisio 122. num. 19. in 2.

Numero 147. ibi, dicta sint, adde, Latius autem eandem materiam prosequitur *Dom. Nicolaus Euerhardus iunior, cons. suo 51. per totum, vol. 1.*

De Connexis.

Numer. 9. ibi, casu 95. numer. 14. adde D. Hercules Marefcot. lib. 2. var. resol. c. 45. num. 3.

De Separatis.

Numero 7. ibi, cap. 1. num. 24. adde, & *D. Hercules Marefcotum variar. resol. lib. 2. cap. 45. num. 4.*

Num. 19. ibi, Videndus adde, D. Ioannes Gutierrez lib. 1. Practicar. Quæstion. quæst. 126. & Clariss. Pacian.

De Libris tutorum.

Numer. 36. cons. suo 23. nu. 20. adde, & Menochium cons. suo 354. num. 1. vbi plures alios concordantes deducit.

Num. 40. ibi, vbi latissimè, adde, & Dom. Nicolaum Intrighol. lib. 1. decis. sua Regni Sicilia 32. per totam, vbi quando tutor ipse teneatur edere libros ipsos rationum, eleganter edisserit.

Amplia vt dicta supra, *num. 35. cum seqq.* procedant etiam in hærede ipsius tutoris, adhuc enim eius iuramento credi non debet, se non habere libros confectos a patre suo de administrata tutela. Sic in terminis pluribus rationibus motus, & ex professo respondit *Clariss. vir Dom. Menoch. d. cons. suo 354. per totum, vbi etiam quæcumq; in cõtrarium obijci possunt, acutissimè refellit, ipsū cõsulat.*

De Libro administratoris.

Num. 5. ibi, consulat, adde, His adiungas Clariss. D. Menochium consil. suo 913. num. 6. cum seqq. vbi pulchrè.

Numer. 8. in fine, ibi, vt per eum, adde, Animaduer-

tendum secundò principaliter, quod licet regula sit, quod
9 ¶ quilibet administrator, siue sit publicus, siue sit priuatus, debeat librum rationum conficere, & ritè confectum retinere, in eoque omnia data, & recepta scribere, alioquin contra eum iurari poterit in litem, nec excusabitur sub prætextu alicuius consanguinitatis. Attamen dicta regula ¶ coarctatur in patre, qui bona filij administrasset: sicut enim ipse de administratis non tenetur rationem reddere, ita nec etiam tenetur suæ administrationis librum aliquem rationum conficere. Sic eleganter post plures relatos, declarat, & animaduertit *Cl. vir D. Farin. fragm. crim. 11 p. 1. n. 52. & 53. pag. 5.* Quid iuris autem in rustico, & alia simplici persona, numquid excusetur à non confectioe huius libri rationum, in presentiarum non discutit: sed te remitto ad eundem *Clar. D. Farin. d. loc. num. 54.*
12 Videndus idem *sub num. 47. cum seqq.* vbi administrator non conficiendum librum rationum, an, & quando, & quomodo puniatur: omnium elegantissimè discutit; eum omnino consulat. Et hæc satis. Latius autem de materia istius capitis disserit quoque *Clar. D. Menoch. dist. consilio 913. Vide per eum.*

De Libro patroni nauis.

Num. 5. in fine, ibi, decis. 20. adde 6. Nota secundo, quod scribæ nauis est credendum in his, quæ pertinent ad eius officium, *D. Franciscus del Castillos, decis. 73. num. 4.*

De Libro institutoris.

Num. 18. ibi, cons. suo 10. num. 21. adde, adiungito Thomam Doctum cons. suo 195. num. 2.

Num. 32. ibi, distinct. 22. numero 7. adde, Ampliatur vitimo, vt femina etiam præposita tabernæ, vel stationi, & pupillus obligent ipsam preponentem, l. sed, & si quis, §. 1. & l. seq. ff. de institutor. sequutus est D. Thomas Docti. d. consil. suo 195. numero 2.

Num. 36. ibi, exemplificat, adde, & Illustr. Dom. Cardin. Seraph. decis. sua 1139. nu. 2.

De Libris rationum societatis.

Num. 6. ibi, cum seqq. adde, & cons. suo 246. nu. 8.

Num. 22. ibi, numero 1. in 2. adde, & nouissimè Dom. Petrum de Caball. cons. suo 123. num. 19. in 2. vbi tradit, quod editio librorum communium societatis facienda est inter socios etiam respectu vnus particularis particulæ tantum.

De Libris rationum publici officialis.

Numero 1. ibi, consil. suo 5. numer. 1. adde, *Albens. consilio suo 453. numer. 4.*

Num. 16. ibi, communiorem, adde, quam etiam sequutus est D. Albens. d. consilio 453. num. 6. vbi quoque subdit eam maximè procedere in negocijs connexis.

Num. su. ibi, vbi latè, adde, ad eundem etiam Clar. D. Farin. in suis fragm. crim. p. 1. pagina 11. a tergo, numer. 13. cum seqq. vbi quoque aueritas probari possit ex libro publico officialis à publico deputati, in quo natiuitates puerorum describi soleant (prout Florentiæ, & Venetijs obseruari tradidere Mandos. & Menoch. locis per ipsum allegatis) omnium elegantissimè disceptatur, ipsum consulat.

De Libris argentariorum.

Num. 4. ibi, pag. 321. numer. 48. adde, licet esset licita, & permittita, ad congesta per D. Corrasium lib. 7. Miscellanior. suorum cap. 10.

De Libris rationum gabellarij.

Numer. 2. ibi, consil. 235. num. 26. adde, & prius consil. suo 190. num. 4. in 2.

Nym. eod. ibi, de communi, adde, & nouissimè D. Rodobald. Parinum in suo tract. de gabell. p. 2. numer. 71. vers. Quæ quidem solutio, vbi me hoc in loco allegat.

Numer. 7. ibi, quem consulas, adde, Amplia secundo, vt præcipue ex dictis libris oriatur probatio contra eos, qui ipsi summet gabellarium elegerunt, ac approbarunt, argumento l. si quis testibus, Cod. de testib. Sic præcisè Illustr. D. Menoch, consil. suo 246. num. 17. in 3.

Numer. 16. ibi, in secundo, adde, adiungas Dom. Aluar. Valascum consil. sua 10. num. 2.

Número 18. ibi, vt per eum, adde sequutus est D. Rodobald. Parinus, dicto num. 71. versis. Nec tanta fides.

Num. 24. ibi, Vide per eum, adde, Videndus quoque D. Parinus d. suo tract. per totum.

De Libris thesaurariorum.

Num. 5. ibi, ff. de iureiurando, adde, adiungito Dom. Iacobum Mandell. consil. suo 453. num. 1.

Numer. 11. ibi, numero 4. & 5. adde, & hæc satis. Latius autem vide de materia penes Clar. D. Hippolyt. Riminaldus consil. suo 39. per totum, in 1. vbi præcipue agit de apocha scripta manu thesaurarij, seu Quæstoris alicuius Principis, in qua confitetur se pecuniam ab alio nomine Principis recepisse, an contra Principem ipsum probet, & de comparatione litterarum quomodo faciendæ, & de alijs huiusmodi.

De Libris Massariorum alicuius villæ.

Num. 3. ibi, in litt. L. adde, & concl. sua 76. n. 67. in litt. S. Num. 8. ibi, d. capit. 11. numer. 114. adde, sic quoque clarè colligi videtur ex scriptis per Franciscum Marcum, decis. sua 202. nu. 3. par. 2.

De Libris mercatorum.

Número 11. ibi. & 71. intrâ, adde, addas etiam libros ipsorum mercatorum tunc etiam non probare, quando scripti sunt perfunctoriè, non autem more solito, & consueto ipsorum mercatorum. Sic præcisè Domin. Fridericus Pruckhmanus consil. 10. nu. 85. volum. 1.

Num. 12. ibi, & 224. numero 7. adde Petro Cabal. consil. suo 122. num. 3.

Num. 30. ibi, vbi pulchrè, adde, & prius consil. suo 71. nu. 9. & 10. vbi amplè.

Num. 48. ibi, legalis homo, adde, fide dignus. Num. eod. ibi, in 3. adde, Riminald. iunior. consil. suo 39. num. 20. vbi pulchrè.

Número 49. ibi, num. fin. in 3. adde, Hippol. Riminald. consil. suo 39. n. 19. vbi plures alios concordantes deducit.

Num. 50. ibi, superius nu. 5. adde, & D. Hippolyt. de Marfil. sing. suo 458.

An Liber rationum mercatoris pro scribente probet.

Num. 4. ibi, quanta scilicet, adde, fides. Numer. 29. ibi, hætenus pars, adde, Adfunt etiam aliæ partes de hac materia, que mihi per Perill. & Excellent. D. meum D. Franciscum Gallinam affessorum consummatissimum commodatæ fuere, & dignæ sunt vt cartis committantur; prima est talis tenoris.

1527. 17. Augusti, in maiori Consilio.

Auferenda sunt omnia illa inhonestæ mediæ, per que ciues, & subditi nostri defraudantur, & quia libris apothecariorum huius nostræ Ciuitatis omnis diuturni temporis fides præstari solebat, pro iniquo modo fuerunt quamplures, qui multas pecunias auiferunt.

Vadit Pars, quod pro libris draperiorum, telladiorum, chioldadorum, & quorumlibet aliorum apothecariorum huius nostræ Ciuitatis fides de cetero adhiberi nequeat, nisi à quinquennio, nec in alio iudicatu, seu officio nostro elapso ipso tempore annorum quinque admittantur; quod temporis spacium cuiuscumque convenientissimum esse petere posse, quod habere deberent, qui verò pro tempore præterito ab aliquo quidquam habere præterit, quod per libros suos probare vellet, possit à die, quo hæc Pars capta fuit, vsque ad annum vnum proximè futurum, petere quidquid voluerit, & libris suis probare, sicut hætenus factum est, quo temporis cuniculo elapso, nõ possit amplius libris suis in aliquo iudicio, seu officio, vt, nec quemquam authenticentur, quemadmodum ad officium Consulium mercatorum nostrorum seruator, exceptis libris ordinarijs, quibus non extitit probatio aliqua in contrarium, sicut primum fides adhibeatur, vt iustitiæ, vsuique ciuium nostrorum sit paratum, & prospectum.

Altera pars, 1567. alli 10. Nguembrio nel maggior Consiglio.

Fu ordinato per parte presa in questo Consiglio adi 21. Zugno 1521. vacante Ducatu, che alli libri de ciascuna sorte de botteghieri di questa Citta, si douesse dar fede da cinque anni in zozo, il che potendo dar occasione di molte fraudi, & a proposito farui conueniente pouisione però.

L'andarà parte, che da mò innanzi li libri de i predetti Botteghieri per lo detto tempo d'anni cinque siano creduti solamente sino alla summa de ducati cinque, m. se il debito fusse di maggior summa, non sia data fede ad essi libri, se le partite non saranno sottoscritte dal debitor, ò almeno se non sarà confutato per ditto de due testimonij si come è giusto, & conueniente. Et sia publicata la presente parte sopra le scale di Rialto, & di S. Marco à notitia di cadauno.

An Liber rationum mercatoris contra eum fidem faciat.

Número 5. ibi, d. capit. 11. num. 291. adde, 6. Limitatur tamen suprascripta regula, vt minimè procedat, quando partita illa libri nullam contineret causam, nam idè minus nulla ex eadem oriretur probatio contra scribentem. Sic præcisè docuit post alios, Clar. D. Petrus de Caball. consil. suo 212. num. 6. in 2. & videndus, num. 7. subsequenti, vbi ampliat hoc magis procedere, si non sit verisimile, id, quod in ipsa partita descriptum est.

An mercatores nostri temporis teneantur edere libros suarum rationum ad fundandam intentionem actoris.

Número 54. in fine, ibi, teneri, adde, Amplia ea sententia D. Petri Caball. consil. suo 122. num. 20. in 2. vt scripturæ ipse mercatorum adhuc edendæ sint, etiamsi ex conuentione partium teneri debuissent secretæ.

Num. 57. in fine, ibi, quem consulas, adde, de hoc tamen notabili, ac animaduersione, aduandus Dom. Benuenutus Straccha in suo tract. de assicuracionib. glos. 11. numer. 57. & seq. vbi omnium latissimè, ac elegantissimè dicitur, ipsum consulas.

De Libro campforis.

Num. 8. ibi, vt locum, adde non. Número 21. in fine, ibi, vbi latissimè, adde, & Dom. Vincen.

centius de Franchis decis. sua Neapolitana 304. vbi docet de materia, quod recognitio est facienda integra apochabanchi exhibita.

De Libro susceptoris annonæ .

S V M M A R I V M .

- 1 Susceptores annonæ qui dicantur .
- 2 Officium istorum susceptorum quod sit , & quæ ad ipsos pertineant, & num. 3. 4. 5. 6. & 7.
- 8 Liber istius susceptoris plenè probat, & num. 9.
- 10 De horum susceptorum materia, videndi nonnulli DD. remissiuè, & nu. 11.

An Liber susceptoris annonæ fidem faciat, Dubitatur .

- 1 **A**D cognitionem autem ꝑ terminorum habendorum in hac materia, præsciendum est, quod susceptores annonæ dicuntur illi, qui annonam à publico electi, & pecuniam frumentariam suscipiunt, ac custodiunt, teste *Franchisc. Ripa de peste, tit. de Remed. ad cõseruandũ vbertatẽ, n. 1.*
- 2 Debent ꝑ autem susceptores isti esse nobiles, prudentes, fideles, bonæ conscientia, & optimæ integritatis, *leg. 9. Cod. de conditis in public. horreis lib. 10.* habere etiam debent rerum experientiam; Item in principio ꝑ officij iurare tenentur pro iustitiæ ratione, omni dolo, & fraude remotis, ininfinitam sibi sollicitudinem peracturos, vt *leg. per hanc, C. de erogatione milit. annonæ lib. 12.*
- 4 Tenentur quoque susceptores ꝑ ipsi annonæ susceptæ, & pecuniæ frumentariæ librum conficere, & illum tradere Decurionibus, qui ipsum ponant in archiuo publico, vt cum opus fuerit cognosci possit quantitas annonæ rei que frumentariæ, l. excellentia, C. de erog. milit. annonæ & l. 1. C. de apoch. public.
- 5 Et si forsitan ꝑ susceptores ipsimet aliquid scribere omiserint, in duplum tenentur, *d. leg. excellentia, quem textum dicit singularem Ludou. Rom. sing. suo 379.* vbi tradidit, quod positus ad scribendum introitus Communis, si deficiat in scribendo aliquem particularem introitum, sibi manus est amputanda, vt in *Authent. de mandat. princip. S. coges.* Sed si scribit diminutiue, ita quod totaliter non omittat, tenetur in duplum eius quod omisit, dicta l. excellentia.
- 6 Tenentur tandem ꝑ ipsimet susceptores cuilibet annonam, vel pecuniam frumentariam delerenti apocham de summa recepta facere, *leg. frumenta, C. de suscept. & arcan.* Cui quidem apochæ prættatur plena fides contra ipsum susceptorem, adeo quod contra ipsam susceptorem, adeo quod contra ipsam apocham non potest ꝑ opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, l. in contr. S. quoniam, C. de non num. pec. & l. 1. C. de apoch. publ. cum concordant.
- 8 His sic breuiter præmissis, ꝑ deueniendo modò ad id, quod præcipui instituti nostri est, regulam pono pro constanti, quod scilicet liber ipsius susceptoris annonæ plenam fidem faciat, cum eius persona sit à publico electa. Sic clarè colligitur ex scriptis per eundem *D. Ripam in d. tit. de remedys ad cõseruandam vbertatem, in primis num.* Et sequutus est etiam in simili *D. Hector Felcius lib. 1. Allegatione sua iuris 11. num. 32.* vbi tradidit, quod apochasusceptoris annonæ plenè probat, licet sit scriptura priuata. Et hæc satis.
- 10 Latius ꝑ de hac materia vide penes eundem *Ripam*, præcitato tit. per infinitos numeros, Clarifs. *Decianum li. 7. tractatum crim. cap. 22. per tot. & penes Illustr. D. Card. Tuscum conclus. sua 338. per tot. in litter. A.*

- 11 Conferunt ꝑ quoque tradita supra libro 4. tit. de Libris rationum officialis de publico leputati, ad ibi scripta lectorem beneuolum relego.

De Libri usurarij .

Numero 16. ibi, prauitatis, adde, Labes.
 Numer. 17. ibi, Conclusionum, adde, His adiungas Clarifs. *D. Philippum Massinum Cent. 1. distinct. sua 31.* vbi pulchrè, & latè de materia supradietæ Conclusionis.
 Numero 38. ibi, cons. suo 369. adde, &
 Num. eod. ibi, num. 23. adde subnectas.

De Libris Hebræorum .

Num. 4. ibi, glos. 2. num. 7. adde, & *Card. Tuscum conclus. sua 76. num. 88. in littera S.*

De Libro ciuitatis, vel municipij .

Numero 1. ibi, parte 1. num. 230. adde, subnectas eundem *Bart. in leg. ne casu, C. de discufforibus, libro 10.* vbi tradit, quod licet soluens tributa, apocham de soluto perdidit, potest tamen ex libris ipsius Communitatis solutionem probare, quoniam ipsis libris plenè creditur. Sequutus est *D. Iacob. Mandell. Albens. cons. suo 33. num. 2.*

Pro ostensionem librorum, ac scripturarum, an probetur affirmatiua, seu negatiua, Dubitatur .

Pro resolutione adeundus Clarifs. *D. Alexander Trencacing. variar. resolut. lib. 2. tit. de fide instrumentorum, resol. 2.* vbi omnium latissimè, ac elegantissimè.

ADDITIONES AD LIBRVM V.

De Scriptura priuata.

De libris Monasterij . Cap. 1.

Num. 29. ibi officialis numero 6. adiungas, adde, *D. Aluar. Valascum consultat. sua 10. numero 1.* vbi præcipuè subdit hoc procedere, quando aliqui monachi, vel fratres deputati essent à Capitulo ad scribendum negocia ipsius monasterij, & latius, vt per eum, quem omnino consulas.

De Libro Capituli alicuius Ecclesiæ, vel Monasterij .

Numero 3. ibi, numero primo, parte 3. adde, & *Dom. Angel. à Castro, inter cons. Martianesi consil. 66. num. 1.*

De Libris Confraternitatis disciplinatorum .

Numero 2. ibi, decis. 15. num. 5. adde, &
 Numero eod. ibi, decis. 16. num. 9. adde, 3. scripta in libris Confraternitatis an scriba constituto à confratribus ad scribendum res pertinentes ad illam Confraternitatem, seu Collegium, fidem faciunt in iudicijs. Sic præcisè docet *Do. Aluarus Valascus consultat. sua Lusitanie 10. num. 1.* vbi subdit ita sepe vidisse iudicatum.

Ex Libris plebanorum an ætas alicuius probetur .

Num. 40. ibi, numero 2. lib. 1. adde, & *Illustrifs. D. Cardin. Seraphinus decisio. 1138. num. 2.* vbi latè, & decis. sua 1182. vbi

vbi subdit hoc præcipue procedere, dummodo de ipso libro legitime constet.

Num. eod. ibi, allegatione sua 4. numer. 5. adde, & D. Robal. Parin. de gabell. parte 2. pagina 99. num. 71.

Num. 7. ibi, exemplificat, adde, Sequutus est post Menoch. & alios, idem Clar. Do. Farin. d. pag. 12. num. 142.

Numero 19. ibi, num. 12. in 2. adde, & D. Farinac. in terminis terminantibus, dict. part. prima fragment. criminal. n. 137. cum seqq.

An ex Libris plebanorum probetur matrimonium.

Numero 5. ibi, nu. 6. & 7. in 2. adde, & prius cons. suo 42. numer. 20. 68. num. 26. & 69. num. 9. in 1.

De Libris Chronicorum.

Num. 2. ibi, cap. 11. numer. 265. adde 3. & generaliter, quod ipsis libris Chronicorum adhibenda sit fides, tradiderunt quamplurimi, quos retulit, ac sequutus est per illustr. Do. Menoch. consilio suo 816. num. 48. & 49. vbi etiam post alios tradit, libros ipsos Chronicorum probare, vel saltem magnam coniecturam facere aliquem esse ex tali agnatione, & familia. Et latius, vt per eum, quem consulas. Adeundus idem cons. suo 1. num. 274.

De Libris Camera Apostolicæ.

Numero 4. ibi, Hinc per tales, adde, Libros.

De Libro Pontificali seu Ceremoniali Romanæ curiæ.

Liber Pontificalis, seu Ceremonialis Romanæ curiæ tamquam authenticus in decisivis allegari potest. Sic præcisè Cl. D. Menoch. post nonnullos relatos cons. suo 52. n. 145.

An Liber æstimi probet.

Numero 14. ibi, cum tribus sequentibus, adde. Fallit quinto, cum liber ipsius æstimi non inter priuatas personas, sed inter vniuersitatem, & descriptum ad probationem, deducitur, eo enim casu tam pro vniuersitate, quam contra eam ipsummet librum probare, concludunt Alba, Menochius, Crauetta, Rota Lucens. ac alij, quos retulit, ac sequutus est D. Francisc. Schenard. d. cons. suo 40. nu. 5. lib. 1.

Numero 15. ibi, coarctatur, adde 6.

Num. eod. ibi, Florentina 37. numer. 8. adde, & Illustr. D. Cardin. Seraphin. decis. sua 1061. num. 5.

An dominum per librum æstimi probetur.

Num. 3. ibi, facta, adde adiungas D. Schenard. consil. suo 40. num. 1. vol. 1.

Numero 12. ibi, adnectendus quoque Dominus Schenard. dicto consil. 40. numer. vbi plures alios concordantes deducit.

Numero 14. ibi, dubito, adde, & eo magis, nam communis stat iuris Conclusio, quod præsumptio illa, quæ oritur ad fauorem illius, ad cuius nomen bona descripta sunt, de qua supra numero 11. non est talis, quod possit transferre onus probandi contrarium in ipsummet aduersarium, sicuti post Bald. Angel. ac alios tradidit Clar. D. Menoch. consilio suo 929. num. 29. vbi tradit quoque, quod præsumptio etiam si iuris, non transmittit probationis onus in aduersarium, & latius vt per eum. Sequutus est quoque D. Schenard. d. cons. 4. num. 3.

An ex æstimi libro quem non esse soluendo colligi possit.

Num. 6. ibi, in d. l. decem, addas. Illustris. D. Mantiam de tacitis lib. 16. tit. 17. num. 22.

Numero 16. ibi, numero 69. & 70. addas, adde, eundem D. Mascard. conclus. sua 204. per totam, & Dom. Franciscum Schenard. cons. suo 40. num. 8. lib. 1.

An per librum æstimi probetur societas.

Num. 2. ibi, cap. 11. num. 15. adde, & prius cap. 3. num. 52. vbi pulchrè.

Miscellanea non spernenda in materia librorum æstimi.

Num. 18. ibi, sua 104. numero 9. adde 19. Liber æstimi fidei facit solum inter descriptum, & ciuitatem, vel opidum, in quorum libris facta est ipsa descriptio. Sic post alios Clar. D. Menoch. cons. suo 929. num. 28.

20 Et licet ꝑ secundum aliquos, liber ipsius æstimi faciat aliquam præsumptionem pro tertio, attamen aliqualis illa præsumptio non operatur, vt transferat onus probandi in aduersarium, cum præsumptio etiam si iuris sit, non transmittat probationis onus in ipsum aduersarium. Sic præcisè idem D. Menoch. d. cons. 929. num. 29 & 30.

21 Liber æstimi probat bona in eo descripta esse sub finibus eius, sub cuius æstimo descripta sunt. Menoch. consil. 147. num. 49.

22 Item ꝑ probat in præiudicium eius, cuius bona in illo fuerunt descripta, quando is consensus, id quod contingit, si deinde collectas, & onera ex causa illorum bonorum, descriptorum soluit. Menoch. latè d. cons. 147. num. 53.

Numero 23. ibi, & conclus. 145. in littera L, adde, His adiungas Dom. Schenard. consilio suo 40. libro 1.

Notabilia in materia librorum rationum.

Num. 24. ibi, Genuens. decis. 38. adde, 25. ex inscriptione libri, rationum, coniectura sumitur, quo nomine in dubio fuerit facta acquisitio. Hector Felici, de societate, cap. 3. num. 47.

26 Libri ꝑ rationum communi nomine subscripti, probant societatem pulchrè Felici. de societate, cap. 11. n. 19.

27 Liber ꝑ continens scripturam continuatam absque suspitione fraudis, & antedatæ, probat veritatem temporis, & dierum, etiam in concursu creditorum, maxime stante qualitate personæ mercatoris legalis, & approbati, Stephanus Gratian. disceptat. sua 391. num. 3. cum seqq.

28 Si plures ꝑ apparerent apoche, id est, quietantiæ, vno tempore, pro pari summa, præsumetur vna quantitas, Zasius in l. si pluribus, §. si eadem, num. 17. ff. de leg. 1.

Regulæ in materia librorum mercatorum.

Num. 9. ibi, vide per eum, adde, 10. scriptura priuata facta etiam inter mercatores, & iuris ignaros, in qua dicitur Titium promississe, interpretatur per stipulationem. Clar. D. Peregr. de pactis, & conuentionibus, libr. quinto, pagina 102. n. 43.

11 Quamdã cautelam pro chirographis mercatorum, ponit Capol. Cautela sua 89. vide per eum.

12 Statuta mercatorum circa diuersa, non obligant tertios non mercatores, & quomodo intelligantur, facillimè discitur D. Card. Tusc. concl. sua 593. per totam, in litt. S.

13 Mercator de iure, & de consuetudine libros rationum conficere tenetur, & propterea eos fecisse præsumitur.

14 Iurari potest in litem contra mercatorem nolentem, edere libros rationum, etiam si dicat eos non confecisse, ex quo

ex quo eos facere tenebatur, pulchrè Petrus de Caball. consilio suo 123. num. 27. & 28. in 2.

De Libris annalium.

Numero 5. ibi, ius patronatus, adde, Viden dus quoque conclusione sua 398. numer. 26. in littera I, vbi tradit, quod iudex potest adhibere fidem libris ipsis Historiarum, etiam in decisione causarum, adducit Bartol. in l. 1. ff. cert. petat. & Felin. in c. ex parte, nu. 25. de rescriptis. Adeundus quoque Clariss. Petrus de Caball. nouiter editus consilio suo 95. num. 16. in 2. vbi tradit, quod libri Historiarum ad aliquid probandum allegari possunt, & illis est credendum.

De Libro Dataria.

Num. 3. ibi, per eundem Farinac. adde, adeas quoque Illustr. Dom. Cardin. Seraphin. decis. sua 1088. numer. 4. vbi supradicta omnia repetijt.

De Scartafacijs.

Numero 4. ibi, Demonstratur, adde, & Gratus resp. suo 123. num. 11. in 2.

Numero 6. ibi, §. 8. num. 20. adde, adiungas Iacobum Mandell. Albensem consilio suo 529. num. 33. & Illustriss. Dom. Cardin. Seraphin. decisio. sua 373. numero 1. & per totam, vbi tamen subdit, sub numer. 6. quod saltem facit aliquod adminiculum probationis contra ipsum scribentem, & latius vt per eum.

Num. 7. ibi, perlegat, adde, Confert quoque mirabiliter doctrina quædam Domin. Bald. in l. iuris gentium, §. si ob maleficium, nu. 6. ff. de pactis. Docuit enim is, quod si reperitur in cartophylacio cuiusdam talis scriptura, Titius debet à me recipere decem ex causa donationis: quod talis scriptura non obligat ipsum scribentem, & latius vt per eum, quem consulas.

Num. 24. Hæc satis, adde, Sed alia secundo loco subingreditur hic dubitatio, & est: an ipsa scartafacia, seu memorialia edenda sint ab eo, qui ipsamet conscripsit; & rem paucis perstringendo conclude ꝑ pro negatiua. Sic etiam sensit Dominus Mandell. Albensem consilio suo 453. numero 7. vbi rationem adducit, dicens: nam tenentur huiusmodi notulae, seu memorialia fieri pro utilitate ipsius scribentis tantum, & ad breue tempus, & ad eum finem, vt commodius postea transferuntur ex scriptura in librum, quem habet pro authentico, non mirum igitur si potest ipsemet scribens eiusmodi notulas postea vel celare, vel lacerare, vel quouis modo eis renunciare, vnde, &c.

26 Aduerte tamen ꝑ speciale esse in vltimario, vt ipse ad huiusmodi memorialium editionem teneatur, pulchrè idem Domin. Albensem præcitato loco, idque in odium sui. Conferunt scripta per nos supra libr. quarto, titulo de libris vsurarij, numer. 21.

De Libris Communitatum.

1 Libris antiquis ꝑ Communitatum plenissimam esse fidem adhibendam, pro regula firmato. Sic præcisè post alios, Clar. D. Petrus de Caball. cons. suo decisio 95. n. 5. in 2.

2 Amplia, ꝑ vt & ipsis plenè credatur, licet haud versemur in antiquis; nec sanè mirum: libris enim publicis indubitata fidem esse adhibendam, adeo notum est, quam quod notissimum.

Affertioni alicuius iuratae, quando, & qui in quibus casibus credendum, vel non credendum sit. Quaritur.

Pro resolutione. Videndus Clariss. D. Farinac. inter ce-

teros, in suis fragment. crimin. part. 1. nu. 245. cum seqq. eum consulas.

De imbreuiatura reperta inter Rogationes Notarij.

1 Imbreuiatura ꝑ reperta inter rogationes Notarij, an & quando fidem faciat, maxima est in iure nostro difficultas, sed cum materia ista parum tractationi nostræ de scriptura priuata conferre videatur, idcirco de ea præcipuam tractationem habere consonum esse haud duxi. Videndi igitur Clariss. Dom. Peregrin. ex Neothericis cons. suo 64. in primo, & decis. sua Patavina 33. vbi omnium elegantissimè plures casus distinguendo, totam hanc materiam enodasse visus est. Excellentiss. D. Marta Voto suo Rotæ Pisane nuper edito 319. & Illustriss. Dom. Cardin. Seraph. decis. sua Rotæ Romana 888. & 902. His omnibus adiungas Clariss. D. Mascard. de Probationib. conclus. sua 4. vbi an, & quando imbreuiatura instrumenti plenè soleat probare, pleniori folio disceptatur.

De chirographo, pulchra, & elegans disceptatio.

S V M M A R I V M.

- 1 Quid sit chirographum, edocet author.
- 2 Debitor chirographarius quis dicatur, tradit author.
- 3 Chirographum cur ita appelletur, traditur per authorem.
- 4 Ex chirographo nulla resultat probatio.
- 5 Maxime si in ipso nulla causa debiti expressa sit.
- 6 Limitatur id num. 7. & 8.
- 9 Item ex dicto chirographo non oritur probatio, quando opponitur exceptio non numerata pecuniæ.
- 10 Fallit in casu, de quo ibi.
- 11 Item, quando confitens in chirographo esset pupillus, Ecclesia, vel Ciuitas.
- 12 Sublimita, & num. 13.
- 14 Pulchra proponitur dubitatio quoad Ecclesiam.
- 15 Resoluitur per D. Franciscum Monaldum, & Thomam Truisanum.
- 16 Adducitur Pars Excellent. Consil. Decemvirum lata de anno 1569. die vltima Augusti.
- 17 Alia quoque subiicitur difficultas.
- 18 Resoluitur per D. Iacobum Heinrichmanum.
- 19 Quoad Ciuitatem pulchra excitatur questio, quæ resoluitur per Clariss. Fachincum.
- 20 Ex chirographo non oritur probatio, si quando chirographum ipsum factum fuit sub conditione, & conditio ipsa non fuit adimpleta.
- 21 Ratio.
- 22 Item non resultat, si transactio post ipsum chirographum facta fuerit, per quam contenta in ipso chirographo immutentur.
- Ratio ibid.
- 23 Item non probat, si conuentum sit inter partes, vt chirographum ipsum à testibus subscriberetur, quod tamen minime fuit subscriptum.
- 24 Chirographum probat, quando est à tribus testibus subscriptum, ac recognitum.
- 25 Nec tali casu est necessaria comparatio litterarum.
- 26 Contra multi.
- 27 Conciliatio, & num. 28.
- 29 Multa tamen requiruntur ad hoc vt supradicta Conclusio, de qua supra num. 24. locum habeat, de quibus, & numer. 30. & seq.

- 34 Pulchra dubitatio proponitur .
 35 Soluitur .
 36 Chirographum probat , quando est confectum , & subscriptum per utramque partem .
 37 Item quando reperitur penes creditorem cancellatum .
 38 Intellige tamen , & declara , prout ibi , & num. 39. & sequentibus .
 43 Item probat , quando chirographum ipsum est in iudicio recognitum .
 44 Chirographum probatum a testibus dicentibus esse conditum manu Titij , facta comparatione cum alijs scripturis eiusdem Titij , si conueniat comparatio cum approbatione testium , plene probat .
 45 Item probat contra scribentem .
 46 Chirographum recognitum , an habeat de iure executionem paratam , necne . Videndus Ioannes Parladorius .

De Chirographo.

ET si hucusq; quæ dicta sunt de scriptura priuata , seu apocha , definiant etiam quæ spectare videntur ad materiam chirographorum , chirographum enim , & apocha sunt vnum & idem . Ad latè tradita inter alios per D. Ioannem Baptistam Schuartzenthaler , in suo tract. de stipulationibus , pag. mihi 742. num. 1. & 2. attamen vt aliqua speciatim & de ipsius chirographi materia lectorem beneuolum edoceam , quædam pauca breui hoc capite contenta hic subijcere decreui .

- 1 Est autem chirographum (vt ab hoc exordiar , & nil quod ad terminorum cognitionem spectat , intactum relinquam) scriptura priuata , qua debitor fatetur debitum creditori , aut qua quis se obligat . Sic præcisè docuit post alios idem D. Schuartzenthaler , dicto num. 2. Inde t debitor chirographarius dicitur ille , qui scripsit se debitorem sua scriptura , & chirographarius creditor , cui ex chirographo debetur , ad l. bonis , ff. de priuileg. creditorum , & latè tradit Dom. Rebuff. tractatu de chirographorum , & cedularum recognitione , in præfatione , pag. mihi 112. n. 14. vbi etiã reprobatur opinionem quamdam Antonij Nebrisenf. in suo Lexico , differentiam constituentis inter ipsum chirographum , & singrapham . Vide per eum .
- 2 Dicitur autem chirographum manualis scriptura , & ἡ χειρὸς quod manum significat , & ἡ γραφή , scribo , quod sit scriptura , quam aliquis sua manu scripsit , de qua fit mentio in l. seruum filij , §. cum , qui ff. de leg. 1. & in l. emptor , in fine , ff. de pact. cum concordantibus . Et sic in specie animaduertit quoque idem D. Rebuffus , dicta pag. 112. num. 13. His præmissis , videndum modo est , an ex chirographo ipso probatio refulet . Et resolutiue procedendo , conclusio sit pro negatiua , sic præcisè Domin. Rutgerus Rulant. de commissionibus , parte secunda , lib. 5. cap. 12. num. 3. & 4. vbi maximè subdit hoc procedere , si chirographum ipsum non contineat , nec locum , nec diem , & latius , vt per eum .
- 3 Ampliatur autem supradicta conclusio varijs modis . Et primo , vt maximè procedat , si in ipso chirographo non sit expressa aliqua causa debiti , vt puta , mutui emptionis , vel conditionis , aut alia huiusmodi : nam tunc ex ipsomet nulla oritur nec probatio , nec minus obligatio . Sic per text. in l. cum indebito , §. fin. ff. de probat. & in cap. si cautio , de fide instrument. docuit in terminis D. Andr. Gail. lib. secundo pract. obseru. capitulo 132. num. 5. insecutus est etiam D. Ioachim. Beust. de iureiurand. pag. mihi 159. n. 232. vbi elegantissimè .
- 6 Fallit autem istud si adiecta sit conditio : (vt promitto decem , si nauis ex Asia huc appulerit ,) quia illa pro causa habetur , & consequenter ex eodemmet chirographo ori-
- tur , & probatio , & obligatio . Sic præcisè per textum in d. l. a Titio , ff. de verbor. obligationibus , & in l. cum ad præsens , ff. si cert. petat. tradidit idem Dom. Gail. dict. cap. 132. num. 6.
- 7 Coarctatur secundo , si in ipso chirographo interuenisset iuramentum , vt quia debitor iurasset se velle seruare promissa , tunc enim propter iuramentum ex ipso chirographo , licet in eo nulla causa debiti esset expressa , probatio , & obligatio oriretur .
- 8 Ratio autem ea potest esse , nam iuramentum , & iudicium æquiparantur , lege , qui iurasse , §. finali , ff. eod. titulo de iurando . Sed confessio facta in iudicio etiam sine causa , valet , gl. fin. in l. 1. in fin. de interrog. act. ergo , & c. sic eleganter post Barbatiam tradidit idem Dom. Beust. præcitato loco .
- 9 Ampliatur secundo principaliter supradicta Conclusio , vt præcipuè procedat , quando opponitur exceptio non numeratæ pecuniæ , tunc enim chirographum ipsum minimè probat . Sic præcisè post Baldum in c. Anzigonus , num. 8. extra de pact. motum autoritate Pauli in l. lecta , ff. si cert. petat. & in l. si ita stipulatus , §. Chrysogonus , ff. de verbor. oblig. tradidit Cl. Dom. Mascardus de probationib. concl. 285. n. 8.
- 10 Nota tamen , quod negans chirographum , in quo mutuum sit annotatum eius manu , vel eius voluntate conscriptum , conuictus postea de mendacio , exceptionem illam non numeratæ pecuniæ amplius allegare non potest . Sic eleganter post alios docuit Ioannes Ordelaphus , in l. fin. ff. de rei vendicatione , n. 762. cum seqq. vbi docet in simili , quod hæres rem legatam hereditariam esse negans , re postmodum comperta , leg. Falcidie beneficium non consequitur , l. hæreditatum , vbi Dactor. ff. ad leg. Falcid.
- 11 Ampliatur tertio , vt locum maximè habeat , quando confitens in chirographo esset pupillus ecclesia , vel ciuitas . Sic post Bald. d. num. 8. per textum in l. Ciuitas , ff. si certum petat. & in Authent. hoc ius porrectum , Cod. de sacrosanct. eccles. tradidit idem Domin. Mascard. præcitato numero 8.
- 12 Sublimitatur tamen isthæc ampliatio , vt locum quidem habeat , & sic intelligenda , quando prædictæ personæ fuerint quid per chirographum confessæ in contractu mutui , non autem sic alijs contractibus . Sic eleganter post alios declarat idem D. Masc. in fine supradictæ conclusionis , qui quidem subdit in contractu mutui hoc esse introductum odio sceneratorum , & latius , vt per eum .
- 13 Hoc autem intelligas procedere inspecta dispositione iuris communis , secus inspectu parte Dominorum Venetorum lata in Maiori Consilio , anno Domini 1572. 9. Martij . Nam per ipsam supradicta ampliatio respectu pupillorum , locum etiam habebit in quocumque alio contractu , eum consulas .
- 14 Sed pulchra quoad Ecclesiam , suboritur hic difficultas , & talis est .
 Producitur chirographum quoddam confectu manu Reuerendi Prioris cuiusdam monasterij , puta ordinis Carmelitarum , etiam cum clausula . (A chi presenterà ,) non tamen est subscriptum a testibus , vel si est subscriptum , in illius cõfectione non interuenit consensus maioris partis Reuerendorum patrum prædicti Monasterij : Dubitatur modo , an ex eodem chirographo etiam recognito per dictum Reuerendum priorem , oriatur probatio ad præiudicium ipsius Monasterij , & ex eodem contra ipsum efficaciter agi possit .
- 15 Clar. D. Francisc. Monald. in simili facti specie consultus , ad fauorem Reuerendorum fratrum , & Monasterij Sanctæ Andree de Litore Cartusensis ordinis , qui ipsum consulerunt , respondit pro inualiditate , ac inefficacia prædicti chirographi , rationibus , vt per eum elegantissimè perpensis , ipsum consulas , eius autem consilium est 51.

- in ordine, vol. 1. In eodem casu consuluit quoque *D. Triuis. vt patet ex eius decis. 51. in ordine lib. 1. vbi subdit etiam quod fuit decifum ad fauorem prædicti monasterij.*
- 16 Videas tamen de hac materia partem *Excelsi Consil. Decemvirum* de anno 1569. die vltima Augusti, quæ licet loquatur de monialibus poterit etiam extendi ad Monachos, & alias personas Ecclesiasticas.
- 17 Alia secundo loco hic potest subijci quæstio, & est, Vtrum chirographa, se cedula Monachorum, siue loco, & subscriptione testium, dato sine præiudicio, quod habeant sigillum conuentus, probent contra Abbatem, vt possit conueniri pro debitis contractis per ipsos monachos nomine ipsius Conuentus, præsupposito, quod mensa sit communis.
- 18 Pro resolutione huiusce difficultatis adeundus *D. Iacobus Heinrichman. conf. suo 46. volum. 2. vbi clarè respondit pro negatiua ad fauorem ipsius Abbatis. vide per eum.*
- 19 Quo vero ad Civitatem, pulchra alia subingreditur dubitatio, & est: an ipsi Civitati perpetuo detur exceptio non numeratæ pecuniæ.
Pro resolutione huius hæsitationis adeundus est *Cl. D. Fachineus. lib. 1. suarum iuris controu. c. 87.*
- 20 Ampliatur quarto, vt præcipuè supradicta conclusio principalis sibi locum vendicat, quando si chirographum ipsum factum fuit sub conditione, conditio ipsa minime impleta fuit, cum enim dicta conditio non fuerit impleta, & sic defecerit perinde est, ac si dictum chirographum nõ fuisset factum. Sic præcisè post alios *Cl. D. Hipp. Rim. conf. suo 798. n. 3. & 4. vbi subdit rationem, dicens; nam paria sunt, & nihil esse factum, vel sub conditione quæ non purificetur. Et latius, vt per eum.*
- 21 Ampliatur quinto, vt locum maximè habeat, si transactio post ipsius chirographi confectionem facta fuerit, per quam contenta in iplo chirographo immutentur, nec sanè mirum, vltima enim contraria prioribus ea proculdubio tollunt, ad l. *parta nouissima, cum ibi notat. C. de pact. Sic eleganter animaduertit inter alios idem D. Rim. d. conf. 798. n. 8. quem consulas.*
- 22 Ampliatur sexto, & vltimo, vt potissimum locum sibi vendicat, si conuentum sit inter partes, vt chirographum ipsum a testibus subscriberetur, quod tamen minime subscriptum fuit, tunc enim ex eo, veluti ex scriptura imperfecta, ulla oriatur probatio. Sic eleganter, & ex professo plurimis, & subtilibus quidem rationibus motus, respondit *Cl. Binius, conf. suo 172. in 2. cum omnino consulas.*
Oblervandum est autem, quod easdem supradicta conclusio varias è contra patitur fallentias, ac limitationes.
- 23 Prima quidem, & principalis est, quando chirographum ipsum est tribus testibus subscriptum, ac corroboratum; nam tunc recognitum ab ipsis testibus videtur plenam fidem facere. Sic per textum in l. *scripturas, cum auib. si quis vult, C. qui potior. in pignor. habeant, post Albam consil. suo 33. num. 3. respondit Cl. D. Masc. de probat. dict. concl. sua 285. n. 5. sequuntur est quoque D. Caball. Milleloq. suo 657. per totum. Et obserues vique eo hanc conclusionem procedente, vt tali & casu non sit necessaria comparatio litterarum, vt post infinitos propè relatos, tradit idem *D. Masc. d. concl. 285. n. 2.**
- 24 Et licet nonnulli extiterint relati per eundem *Mascar. sub n. 3. qui quidem opinati sint, quod immo non sufficiat ipsorum trium testium recognitio, nisi intercedat quoq; comparatio ipsa litterarum.*
- 25 Attamen, hæc duæ contrariæ scribentium sententiæ, federe distinctionis conciliari possunt: enim testes illi simpliciter dicunt in recognitione, se fuisse presentes dum scriberetur illud chirographum, & quod scripserunt.
- 26 Aut vero vterius etiam progressi sunt, dicentes vera quidem esse contenta in illa scriptura, si primo, requiritur etiam litterarum comparationis adminiculum, & ita procedit prior opinio, si secundo, secus, & ita locum habet secunda. Sic clarè colligitur ex scriptis per eundem *D. Masc. d. n. 3. in fine.*
- 27 Obseruandum præterea, quatuor de necessitate requiri, ex sententia eiusdem *D. Masc. citata concl. num. 4. cum seqq. ad hoc vt supradicta principalis limitatio locum habeat.*
- 28 Exigitur enim primò interuentus dictorum trium testium in iplo chirographo, & adeo requiritur, vt nec duo sufficiant, nec pauciores esse possunt, licet vnus sit Notarius.
- 29 Requiritur secundo, vt testes ipsi sint mares, non autem feminae.
- 30 Tertio, & tales tres testes sint bonæ, & comprobatae existimationis, quæ qualitas est omnimò articulanda, & probanda.
- 31 Quarto, & vltimo, vt scriptura illa, seu chirographum subscriptum sit manu dictorum trium testium, aut saltem suis sigillis fuerit obsignatum, quod sufficit, nam signum vim habet subscriptionis. Sic eleganter docuit hæc omnia in præcisè terminis chirographi *D. Mascard. vt dixi, præciato loco.*
- 32 Sed pulchra antequam huic limitationi finis imponatur, subingredi potest hic difficultas, & est, an ipsius chirographi recognitio fieri possit testibus dicentibus se habere notam manum.
- 33 In hac quidem hæsitatione conclusiuè procedendo concludere pro negatiua. Sic præcisè *Clar. Menoc. conf. suo 1143. num. 6. & 7. vbi tamen subdit tales attestaciones aliquam præsumptionem inducere iudicis arbitrio, & latius vt per eum. De materia huiusce quæstionis vide quæ alias latè scripsimus supra lib. 2. tit. de apocha manu debitoris consert. pra. n. mibi 202. cum infinitis seqq.*
- 34 Secundo principaliter regula supradicta coarctatur, quando chirographum ipsum confectum, subscriptum est, & affirmatum per vtramq. partem, tunc enim maximè probat, Sic eleganter *D. Simon de Pretis, conf. suo 36. n. 7. centur. 3. & videndus num. subseqq. vbi tradit, quod producens chirographum ipsum, fateri videtur omnia in eo contenta.*
- 35 Tertio principaliter fallit, quando chirographum ipsum reperitur penes creditorem cancellatum; nam tunc facit, quod de desolutio præsumatur facta, ac proinde solutione ipsam probat. Sic præcisè notatur in l. *si chirographum, ff. de probat. & sequutus est post Ias. in l. 2. ff. de pactis. Clar. D. Menoch. lib. 1. præsump. 4. n. 2. & eodem libro primo; q. 18. n. 12. adde Clar. Pancrol. conf. suo 95. num. 37. vbi tamen docet, quod chirographum ipsum cancellatum probat debitum præcessisse, sed postea solutum fuisse, & latius, vt per eum.*
- 36 Nota tamen, quod si ipse venditor manifestis probationibus sibi adhuc deberi ostendit, quod potest quidem facere, probando ab alio chirographum ipsum deletum sine voluntate sua, quod debitor ipse rectè conueniri potest: tunc enim cessat illa præsumptio, de qua supra, sic ad litteram deciditur in d. l. *si chirographum. Nec sanè mirum*
- 37 laceratio enim & scripturæ, seu cancellatio sine iussu domini, & inconsulto facta ab alio, pro nihilo est, dum tamè scriptura ipsa legi possit, l. *1. ff. de his, quæ in testamento delentur, & l. si vnus, C. de testamentis.*
- 38 Aduerte, quod sufficit, quod per vnum testem de tali veritate constare possit. Ad latè tradita per *D. Simon de Pret. conf. suo 97. n. 51. cent. 1.*
- 39 Addas aliam coniecturam ad fauorem ipsiusmet creditoris etiam oriri, quod scilicet sibi adhuc debeatur, & est, si debitor ipse sit suus familiaris, quia tunc cum fieri potuerit, vt iure familiaritatis chirographum ipsum arripuerit, vel delenerit admitteretur adhuc ipse creditor ad talè

probationem faciendam, non obstante, quod ipsum chirographum penes se deletum reperiatur. Sic eleganter docuit, & animaduertit post alios *Clar. D. P. Binius, cons. suo 111. n. 19. cum seq. in 2. & cons. suo 232. n. 5. in 3.* Et hæc sufficiant.

42 Latius autem de huiusmodi fallentiæ materia differimus *supra lib. 2. q. 4. n. 161. cum pluribus seqq.* ad ibi scripta, quæ hic pro repetitis haberi volumus, lectorem beneuolum remitto. Adeundus quoque *D. Euerardus Bronchorst. centur. 1. assertione 38.* ubi pulchrè etiam tradit, quod reditio chirographi facta a creditore debitori, inducit remissionem debiti, pignoris verò restitutio non item, ibique circa id latissime insillit.

43 Quarto principaliter coarctatur supradicta regula, quando chirographum ipsum in iudicio est recognitum; nam tunc plenè probat. Sic eleganter per multa, conclusionem istam firmavit *D. Gaspar. Caball. Milleloq. suo 655. per tot. vide per eum. Adde Rebuff. de cederalum, & chirographorum recognitione in præfatione num. 25. & D. Franciscum Monald. cons. suo 31. n. 32. vol. 1.*

44 Quinto principaliter fallit: nam chirographum probatum a testibus dicentibus esse conditum manu Titij, facta comparatione cum alijs scripturis eiusdem Titij. Si conueniat comparatio cum approbatione testium, plenè probat. Sic præcisè post multos relatos, docuit idem *Cl. D. Gaspar Caball. Milleloq. suo 656. per totum, & sequutus est D. Rebuff. d. tract. n. 28.*

49 Limitatur sexto, contra ipsum scribentem: nam chirographum ipsum præcipuè recognitum plenam fidem inducit. Pulchrè *D. Gratus cons. suo 54. n. 22. vol. 1.*

46 Sed an ipsum chirographum recognitum paratam de iure habeat executionem necne, in præsentiarum non discutio: sed vos remitto ad tradita per *D. Ioannem Parladorium lib. 2. verum quotidianarum, cap. fin. prima parte, §. 5.* ubi latè discurret; & de eiusdem chirographi materia discipat. Et hæc satis.

Notabilia in materia chirographorum.

Chirographa, & priuata scripturæ satis verificatæ dicuntur, & recognita probantur ex instrumento sequuto pro eorum executione, & implemento, licet in instrumento de illis expressè mentio non habeatur. *Christophorus Torniol. cons. suo 74. n. 19.*

2 Quia præsumitur ex illa causa, cum de alia non constet. *Idem d. cons. n. 21.*

3 Ex chirographis duplicatis, non solum pactum nudum resultat, sed etiam contractus innominatus correspondens efficac, ex quo oritur actio, etiam ante implementum, accedente stipulatione. *Idem Torniola, d. cons. n. 29.*

4 Chirographi appellatione non solum tabulæ, sed etiam ius, quod illis probatur, continetur, *D. Menoch. lib. 3. præsumpt. 140. n. 3.*

5 Chirographi actionem licet aliqua lex præscribi certo tempore velit, non tamen ea præscriptione tollitur iudicis officium. *Binius cons. suo 148. n. 3. in 2.*

6 Chirographi scriptura probanda, & iustificanda est secundum iuris communis dispositionem, non statutum priuatum, *Menoch. cons. 991. n. 4.*

7 Chirographum in instrumentum reducere, an & quomodo quis compellatur. *Alba. cons. 33. n. 4.*

8 Chirographi præsentatio adiecta solutioni censetur, quando partes conueniunt, vt apochæ puratori solueretur. *Cl. D. Carol. Bardell. consil. suo 28. n. 2.*

9 Chirographum simplex cuiusvis quantitatis magnæ, si est recognitum a patre, vel solemniter habitu a iudice pro recognito, in contumaciæ pænâ proceditur in eo, sicut in debito per publicam scripturam, & maximè ex stylo Regni. Sic præcisè *D. Aluar. Valasc. consult. sua 166. n. 2.* & videndus per totam, ubi latè de materia.

10 Recognitio scripturæ priuata, seu chirographi, post mortem debitoris facta, parum prodest. *D. Gerard. Maynard. decis. Tolos. lib. 2. decis. 42.*

11 In Francia agnitio, seu recognitio chirographi tacitam hypothecam inducit. *Gerard. Maynard. lib. 3. decis. 2.*

12 Vsuræ chirographaria a die agniti chirographi debentur. *Idem Maynard. d. lib. 3. decis. 3.*

13 Chirographum super aliqua re confectum, productum, & recognitum, plenè probat. *Barzius decis. 94. n. 12.*

14 Chirographum quis non potest pro parte acceptare, *Bertaz. cons. crim. 482. n. 28. in 2.*

15 Chirographum quod quis teneatur restituere si mandauit testator intelligitur, si extabit. *Idem Bertaz. cons. 490. n. 18. in 2.*

16 Ex chirographo de recepta pecunia quænam oriatur obligatio, & differit *Cl. D. Fachineus lib. 2. suarum iuris controu. c. 87. & lib. 13. c. 26. vide per eum.*

17 Creditor amisso chirographo, sufficienter an liberet debitorem data apocha, pulcherrima est difficultas, de qua differit latè inter cæteros *Cl. D. Bernard. Græueus lib. 2. practicarum conclusionum concl. 37. tit. de liberationibus per totam, ipsum consulas.*

Consulendus idem de *d. concl. in consideratione Miscel.* ubi pulchrè discutit, an liberationem indubiam chirographarij, alteriusvè instrumenti super debito confecti reditio tribuat, necnè.

18 Chirographo amisso debitori per acceptilationem, creditoris plenè consulitur. *D. Gail. lib. 2. obseru. c. 37. n. 4.*

19 Chirographum, a creditore solutione facta, condicere potest debitor. *Gail. d. obseru. n. 9.*

20 Chirographum carens testium subscriptionibus, sed testibus litteratis verè probatum cum probatione temporis præfertur instrumento posteriori. *Morat. in l. ius question. post consil. de secundo creditore offerente, pag. mihi 542. n. 48.*

21 Chirographum an producat hypothecam ante diem, recognitionis: videndus *Polydorus Ripa, obseru. sua 189.*

22 Chirographum vendi, & donari potest, & qui vendit ipsum, vel donat, intelligitur donare, & tradere res in illo instrumento descriptas, pulchrè *Herman. Meyerus de pignar. & hypothecis, lib. 2. c. fin. in fine.*

Latius de materia: Videndus *Rebuff. de chirographorum, & cederalum recognitione.*

Hæc enim pauca congestisse sat sit.

L A V S D E O.



ADDITIONES AD TRACTATUM

De Verbis enunciatiuis,

D. NICOLAI DE PASSERIBVS
A IANVA I. C. PATAVINI.

LIBER PRIMVS.

QVÆSTIO I.

Num. 2. ibi, tit. 6. num. 1. adde adiungas D. Siluium Spanocchium ad Titulum de nouis operis nunciat. lib. 9. n. 73. vbi pulchrè.

Num. 13. in fine, ibi, verborum, adde Latius vide per Caldas de contract. emphyt. lib. 2. q. 1. n. 42.

QVÆSTIO III.

Num. 1. ibi, conf. suo 372. n. 16. adde D. Stephan. Gratian. Discept. sua 201. num. 91. lib. 2.

Num. 16. ibi, conf. suo 372. num. 17. adde, Declaratur nono, vt præcipuè locum habeat, quando verba ipsa enunciatiua non sunt de antiquo, & emanant à persona suspecta propter interesse, nam tunc non præiudicant, nec disponunt. Sic eleganter Illustr. Dom. Card. Seraph. decis. sua 1189. n. 3.

Num. 32. ibi, num. 12. in 2. adde, Constantius Rogerius in d. l. ex hac, n. 113.

Num. 33. ibi, d. cap. 82. num. 12. adiungas, adde D. Franciscum Caldas, de iure emphyteotico, lib. 2. q. 1. n. 76. vbi multos concordantes deducit.

Num. 43. ibi, conf. 5. num. 5. & 6. adde, & D. Caldas de iure emphyteut. lib. 2. q. 1. n. 82. vbi plures alios concordantes deducit.

50 Obseruandum tertio, quod si verba enunciatiua per verbum præsentis temporis emissa, dispositionem inducunt, illud intelligendum est, quando in illa verba ea sunt intentione prolata, vt disponant in fauorem eius, in cuius personam diriguntur, secus verò, si dimittendi gratia, proferantur, vt contingit in calu d. l. cum tale, §. fin. ff. de condit. & demonstr. Sic eleganter Franciscus Caldas de iure emphyt. lib. 2. q. 1. n. 69. vbi latè ipsum consulat.

51 Animaduertendum quarto, quod verba enunciatiua,

tunc demum dispositionem inducunt, cum enunciant, & referunt aliquod fallum, vel saltem non apparens, quod enunciatur de nouo inducunt, non sic, quando enunciatum aliquod existens, & apparens, quoniam tunc verba, enunciatiua nihil prorsus operantur, aut disponunt circa tale enunciatum, quare censerit illud debet quale ante enunciationem censeretur, vt voluit per textum ibi, in l. Tui cum testamentis, §. Caius, ff. de legat. 2. quem in hoc sequitur, & probat Peralta ibi, num. 3. ea potissima ratio: quia hoc casu, verba proferens enunciatiua, solum refert, & declarat rem extare, quo casu nihil prorsus agit, aut disponit, ad l. heredes palam, §. sed si notam, & §. si quid post, & ibi glossa, ff. de testamentis, cum similibus. Sic eleganter post alios animaduertit etiam Dom. Caldas dicta q. 1. n. 73. cum seqq. eum omnino consulto.

52 Obseruandum quinto, quod suprascripta verba enunciatiua, (& est hæc 1. limitatio ad principalem regulam) disponunt, quando sunt per modum confessionis emissa. Sic post quamplures adductos, coarctauit idem D. Caldas d. q. 1. num. 80. eum consulat.

53 Non ignorandum sexto, quod suprascripta regula principalis 12. fallit, quando id, quod enunciatur est necessarium ad id, de quo agitur, tunc enim verba enunciatiua, maxime disponunt, text. est in l. optimam, C. de contrab. stipulat. tradit Paris. lib. 3. conf. 77. num. 30. cum seq. resoluens proinde, contractum emphyteuticum probari ex instrumento, in quo reus se obligauit soluere pensionem, in quo si fiat mentio emphyteutici contractus, ille per verba enunciatiua probatur, licet de illo aliter non constet, quia necessarius est, ad validandam illam pensionis præstationem, & latius, vt per eum. Sequutus est quoque post plures alios relatos D. Caldas d. q. 1. n. 81.

QVÆSTIO IV.

Num. 1. ibi, ac plures alios, adde, & Clar. D. Petrum de Caball. conf. suo 103. n. 7. in 2.

Num. 3. ibi, n. 14. vbi latè, & adde, & D. Gasparem Rodericum

vicum de annuis redditibus libro 1. q. 15. nu. 25. Illustr. D. Card. Seraph. decis. sua 1278. num. 2. distinct. 1. Francisc. Schernard. conf. suo 40. num. 25.

Num. 27. ibi, præsumptivè probare, adde, & quod ista verba quando non sunt clara, non suffragentur, nec probent, tradidit post alios Illustris. D. Card. Seraph. decis. sua 437. n. 6.

Num. 39. ibi, num. 1. in 4. adde, & D. Vincentium Grilenzonium conf. suo 10. num. 7.

Num. 44. in fine, ibi, in 3. num. adiungas, addo Card. Seraph. decis. sua 1021. & num. 1. & 1141. num. 5. vbi præcipuè docet regulam procedere, quando ipsa verba in antiquis sunt multiplicata.

Num. 46. ibi. Bardellon. d. num. 1. adde, & Card. Seraph. decis. sua 507. num. 1. qui loquitur præcipuè de enunciatiuis in antiquis excedentibus metam centum annorum.

Videndus idem decis. sua 1025. num. 14. & 1534. num. 2. vbi tradit, quod verba enunciatiua in antiquis ideo probant, quia habent vim famæ.

Num. 73. ibi conf. suo 74. nu. 28. vol. 1. adde, Illustr. D. Card. Seraph. decis. sua 1339. num. 1. & 1387. num. 3.

Num. 100. in fine, ibi, Ignorabat, adde 101. Limitatur 6. quando illud, quod enunciatur non ita clarè, ac specificè enunciatur, sed in genere tunc enim cum genus pariat incertitudinem, vera ipsa enunciatiua nec inter partes ipsas operari possunt. Pulchrè post Petr. de Caball. post hæc edita visus, conf. suo 123. nu. 8. in 2.

Num. 154. ibi, lib. 2. tit. 7. nu. 17. adde 155. fallit. 23. Favore ecclesiæ, ac pæ causæ, tunc enim verba enunciatiua probant. Sic præcisè post infinitos relatos Cl. D. Fachineus libro 1. conf. 30. num. 10.

LIBER SECVNDVS.

Q V Æ S T I O I.

Num. 21. verè, unde non officit, adde, Præterea textum ille, procedit in simplici nuda confessione nec locum habet in actu gesto, qui maiori est ponderis. Sic eleganter animadvertit post alios Cl. D. Vincent. Mancin. de Confessionib. c. 1. num. 30. & videndus prius num. 29. vbi tradit quod talis confessio in instrumto etiam in verbis enunciatiuis semiplenam facit probationem ad absentis tertij favorem, ibique Ripam, ac Iason. concordantes deducit.

Num. 40. ibi, vbi pulchrè adiungas, adde, nam verba enunciatiua, & præcipuè plurium instrumentorum, habent vim famæ in antiquis, vt post alios concludit Cl. Marefcott. variar. resol. lib. 1. cap. 59. num. 45. Famam autem in antiquis plenè probare adeo notum est, quam quod notissimum, ad tradita infra num. 65.

Num. 58. ibi, num. 24. vol. 1. adde, & Illustris. D. Card. Seraph. decis. sua 474. numer. 1. vbi tamen intelligit de verbis, enunciatiuis plurium instrumentorum.

Num. 74. in fin. ibi, cap. 181. adde, Addo, Illustris. D. Card. Seraph. decis. sua 1061. num. 4.

Num. 77. ibi, subampliatur primo, adde. isthæc tertia.

Num. 78. ibi, decis. 335. vol. 2. addas, subampliatur tertio, vt procedat etiam contra tertium, si tamen instrumenta, in quibus adsuat verba ipsa enunciatiua, sint confecta iam annis centum elapsis. Sic eleganter D. Ioann. Francisc. Schernard. conf. suo 40. num. 23.

Num. 81. ibi, & sequutus, adde, est.

Num. 95. ibi, num. 2. & 35. p. 2. adde, Sequutus est nouissime D. Nicolaus Garzia de beneficijs, p. 5. c. 9. num. 88. cum seq. vbi infinitos concordantes deducit.

Dicò nu. 95. in fine, ibi, num. 1. & 2. addas, adde quoque, quod enunciatiua antiquæ collatione corroborans ius ipsum patronatus, ad tradita per Cardin. Seraphim. decis.

sua 1305. numero tertio.

Num. 98. ibi, num. 4. p. 3. adde, Ampliatur nono, vt hæc verba probent etiam emptionem in antiquis, & maximè quando sunt repetita, & geminata. Sic præcisè Decian. conf. suo 151. num. 5. & Cl. D. Fachin. conf. suo 55. nu. 2. lib. 1.

Q V Æ S T I O II.

Num. 32. ibi. p. 3. decis. 77. adde, & Illustr. D. Card. Seraph. decis. sua 1260. quæ quidem regula maximè procedit, quando ipse Papa non reperitur informatus.

Num. 35. ibi, cum consulas, adeo obserua præterea, quod assertio Papæ de factio alieno, & cum clausula, accepto per nos, potius iudicatur assertio partis, quam Papæ, idem est de clausula. Sicut accepimus, pulchrè Illustris. D. Seraph. decis. sua 1336. num. 4.

Num. 37. ibi concordantes allegat, adde, & D. Car. Seraph. decis. sua 449. num. 1. vbi particulariter loquitur in enunciatione antiqua Papæ, super quam fundat dispositionem. His omnib. adde D. Vincentium Grilenzonium conf. suo 142. num. 4. vbi ampliatur ex dictis verbis probationem quoque induci contra tertium.

Q V Æ S T I O IV.

Num. 11. ibi num. 3. vol. 1. adiungas, addo Colerum conf. suo 30. num. 81.

Num. 63. in fine, ibi, disceptatur, adde, Multa quoque poteris colligere ex Colero d. conf. suo 30. vide per eum.

Q V Æ S T I O V.

Circa Summarium.

Post numerum 8. ibi, remissiuè, adde, 9. de materia Constantius Rogerius.

Circa textum,

Número 8. ibi, vide per eum, adde, De materia supradictæ questionis latè discurret D. Constantius Rogerius in d. l. ex hac n. 114. vide per eum.

Q V Æ S T I O VI.

Número 4. ibi, l. ex hac scriptura, adde, & D. Constantius Rogerius, in d. l. ex hac n. 168. cum seqq.

Q V Æ S T I O IX.

Num. 2. ibi, cum seq. adde, Addo D. Stephanum Gratianum disceptat. sua 310. n. 89. par. 2. vbi pulchrè, & D. Sigismundum Scacciam in suo tract. de appellationibus, lib. 3. c. 2. q. 17. limit. 6. membro 9. n. 9. vbi latè.

Número 5. ibi, n. 2. in 1. adde, Limitatur quarto quando ipsa verba enunciatiua sunt emissa per modum causæ de præfenti, nam tunc inducunt dispositionem in sententia, ideoque si iudex pronunciet malè appellatum, & quia sententia sit nulla, sententia ipsa disponet super nullitate. Sic eleganter post Bald. & alios D. Scaccia dicto membro 9. nu. 10.

Q V Æ S T I O XI.

Numer. 9. ibi, de hac materia, adde, Coarctatur quinto in his, quæ respiciunt eius officium. Pulchrè Constantius Rogerius in d. l. ex hac, num. 68. cum seq.

Q V Æ S T I O XVII.

Número 1. ibi, esse testatur, adde, Addo Franciscum de Caldas de contract. emphyteu. lib. 2. q. 1. nu. 33. vbi infinitos concordantes deducit, & attestatur de communi.

Num.

Num. 3. ibi, casu, adde, ista.
 Numero 9. ibi, *quæstion. 9. numer. 1. adde, adiungas Dom. Ioannem Franciscum Schenard. consil. suo 35. numer. 46. cum seqq.* vbi etiam tradit verba enunciatiua in contractu probare inter easdem partes quoad contrarium apparet, etiam ad minoris præiudicium, & latius vt per eum.

Numero 12. ibi, num. 51. & 52. vol. 1. adde, Item quoad validitatem dumtaxat illius actus, propter quem proferuntur, secus quoad probandum principaliter id quod est denunciatum, si illud principaliter deducatur in iudicio. Sic post alios *Dom. Aret. in l. si certis annis. numero 5. C. de patris.*

Num. 8. ibi, in contrarium, adde, Quod.
 Num. 39. ibi, art. 1. q. 2. adde, De supradicta quæstione videndus *Franciscus Caldas de iure emphyteut. lib. 2. quæst. 1. nu. 34. vbi latè.*

Q V A E S T I O XX.

Num. 1. ibi in fine, C. de donationibus, adde, & *D. Steph. Grat. distept. sua 216. n. 21. in 2.*

Q V A E S T I O XXI.

Numero 14. in fine, ibi, vbi pulchrè, adde, 15. secundo loco subingreditur alia dubitatio, & est, si pater vltus fuerit verbis enunciatiuis, an eius voluntas sustineatur tamquam ex testamento imperfecto. *D. M. Anton. Natta in rep. sua l. ex hac consultissima. §. ex imperfecto, n. 204. C. de testamentis,* pulchra quidem distinctione inter verba enunciatiua prolata propter se, & propter aliud. Hanc difficultatem enodat, eundem lector consulat.

16. Tu tantum nota, (vt nil intactum relinquam,) quod probatur testamentum ex assertione patris inter liberos etiam per verba enunciatiua: ideo si probatur assertio patris inter filios, quod ipse fecerat testamentum sic, & sic, illa verba probant testamentum inter ipsos filios. Sic post *Bal. Card. Tuscus concl. sua 115. nu. 42. in litt. T.*

Q V A E S T I O XXII.

Numero 19. ibi, sed hæc satis, adde, latius autem vide *pernes D. Constantium Rogerium licet satis confusè in l. ex hac, ff. de donationib. sub num. 47. cum seq.*

Q V A E S T I O XXV.

Num. 19. ibi, eos omnes consulas, adde, ad eundem quoque *D. Constantium Rogerium in d. leg. ex hac nu. 69. cum seq. vbi latissimè.*

Q V A E S T I O XXVII.

Num. 1. in fine, ibi, num. 5. in littera F. adde, & *Card. Paris. consil. suo 88. num. 5. par. 2.* vbi præcipuè docet hoc procedere, cum constet de mente ipsius testatoris, & fatius vt per eum, addas etiam *D. Syluium Spanocchium de operis noni nunciacione, lib. 9. numer. 71.*

Numero 28. ibi, enunciatiua, adde, De huiusmodi limitationis veritate, omnium latissimè, ac elegantissimè discurret *D. Franciscus Caldas, de iure emphyteutico, lib. 2. q. 1. nu. 49. cum pluribus sequentibus eum omninò lector consulat, sat mihi locum indicasse.*

Q V A E S T I O XXVIII.

Num. 3. C. de legat. adde, 4. Fallit autem supra dicta regula in verbis enunciatiuis prolatis de præterito, & causa seu per modum demonstrationis: nam tunc per dicta verba non inducitur legatum. Sic eleganter *Natta in l. ex hac consultissima,*

§. ex imperfecto, numero. 205. C. de testamentis. §. Quid.

Q V A E S T I O XXIX.

Num. 8. in fine, ibi, cum seqq. adde, & *D. Siluius Spanocchius de noui oper. nunc lib. 9. num. 69.*

Q V A E S T I O XXXII.

Num. fin. ibi, aduoc. 11. adde, & *D. Hercules Marefc. var. res. lib. 1. c. 8.*

Q V A E S T I O XXXIII.

Num. 17. ibi quem consulas, adde, adeundus quoque disertissimus, *D. Pancirol. consil. suo 189. numer. 12. cum seqq. in 1. vbi latè insitit.*

Num. 45. ibi vol. 2. per totum, adde, & *Dom. Doctor Marta Voto suo Rotæ Pisanæ 212. num. 1.* vbi an filius spurius proferatur per verba enunciatiua testatoris, eleganter edisserit.

Q V A E S T I O XXXIV.

Num. 14. ibi descendentes, adde, De.

An per verba enunciatiua vnio probetur.

Q V A E S T I O XXXVII.

S V M M M R I V M.

- 1 Vnio per verba enunciatiua minimè probatur.
- 2 Ratio.
- 3 Amplia.
- 4 Fallit quotiescunque hæc verba posita sunt in duobus instrumentis antiquis.
- 5 Ratio, & num. 6.
- 7 Ista instrumenta antiqua habere debent originem a diuersis personis, non autem ab eisdem, & non debent illa personæ esse suspecta.
- 8 Quando verba enunciatiua sunt clara, sufficit virtualiter enunciare vnionem.
- 9 Quod dictum est vnionem probari ex enunciatiuis instrumentorum antiquorum, accipitur concurrente longissima, quasi possessione ipsius vnionis, non alias, & sub num. 10.
- 11 Opinio Crauetta damnata per *Do. Nicolaum Garziam de beneficijs, & num. 12.*
- 13 Quod dicatur tempus antiquum, cum agitur de vnione probanda, dubitatur.
- 14 Videndus idem *Garzia, qui concludit ex communiori tempus centum annorum requiri.*

1 AN per hæc verba probetur vnio. Conclude pro negatiua. Sic post multos relatos concludit *Fabius de Anna, consil. suo 44. num. 49. vol. 1.*

2 Et ratio est: quia vnio ipsa est odiosa, & ob id strictè interpretanda. Sic post alios idem *Anna citato consil. 44. nu. 55. & consil. 66. num. 12. & 35.*

3 Amplia hoc præcipuè procedere in enunciatiuis collationum, quæ simpliciter dicuntur cum annexis, & non exprimentur quamnam sint beneficia annexa, nam tunc eo minus per ipsa verba vnio probatur. Sic præcisè *Card. Seraph. decis. sua 886. num. 2.*

4 Fallit autem regula principalis supra posita, quotiescumque hæc verba posita sunt in duobus instrumentis antiquis,

DE VERBIS ENUNCIATIVIS.

tiquis, nam in hoc casu bene probant unionem, maximè beneficiorum. Sic tenet *Rota Romana* teste *Puteo lib. 2. decis. sua 209. & Veral. quem refert, & sequitur Mascard. conclus. sua de probat. 1418. num. 12. & 13. in 2. addo Dom. Card. Seraph. decis. sua 1272. num. 1.*

5 Et ratio est: quia ex diuturnitate temporis unio præsumitur solemniter facta, cum titulus, & solemnitates præsumantur. Ita post alios docet idem *Mascard. citato loco num. 7. & 8. & latius vt per eum sequutus est eruditiss. Dom. Nicolaus Garzia, post hæc edita visus in suo aureo tractat. de beneficijs, par. 12. c. 2. de unione, nu. 248. cum infinitis seqq. vbi tradit, quod unio probatur ex verbis enunciatiuis plurium instrumentorum antiquorum, in quibus talia beneficia tamquam vnita enunciantur, & reddit rationem; nam verba enunciatiua plurium instrumentorum antiquorum habent vim famæ, fama autem in antiquis bene probat, etiam quod agatur de graui præiudicio, dummodo sit vniformis, & solida, ac constans, & illata, sine varietate, ac contrarietate, & vt latius per eum.*

7 Docet tamen idem *Garzia sub num. 254.* quod ista instrumenta antiqua habere debent originem a diuersis personis, non ab eisdem. Non debent autem diuersæ illæ personæ esse suspectæ, aliàs enunciatiua plurium instrumentorum antiquorum non haberent vim publicæ vocis, & famæ. Sic mirabiliter tradidit idemmet *Garzia sub numeris 254. 257. & 258. post diuersas Rotæ Romanæ auctoritates ibi deductas, & sub num. 259. tradit, quod sufficient, & requiruntur ad minus duo instrumenta.*

8 Vterius tradit, quod quando verba ipsa enunciatiua sunt clara sufficit virtualiter enunciari ipsam unionem, amplissimè sub nu. 255. & 256.

9 Docet præterea sub num. 269. hæc quidem omnia supradicta procedere, ac accipienda esse, concurrente longissima quasi possessione ipsius unionis, non alias.

10 Licet enim subdit sub nu. 270. in antiquis probationes leuiore, seu præsumptiua, & coniecturantes admittantur, hoc tamen non habet locum contra possessorem, contra quem actor debet plenissime probare, non obstante temporis antiquitate, & sub n. 271. cum seq. redarguit opinionem *Crauetta* existimantis sufficere probationes leuiore per indicia, & coniecturas, vel famam in antiquis, etiam contra possessorem, qui nondum præscripsit, opinatur enim eiusdem sententiam posse procedere, quando præsens status, & possessio illius, contra quem agitur, non repugnaret illis indicijs, & coniecturis, seu intentioni agentis, aut quando ageretur de recuperanda re amissa, de qua amissione alias constaret. Sed

11 pulchra hic suboritur difficultas, & est: quod tempus dicatur antiquum in hoc proposito.

14 *Garzia eruditiss. d. c. sub num. 261. cum seqq.* varias adducit circa hoc Scribentum sententias, & tandem concludit, magis receptam opinionem esse, quod requiritur tempus centum annorum, intellige tamen, ac declara, vt per eum, quem omnino consulas, non enim ex scriptis scripta absq; lectoris vtilitate conficienda sunt. Videas in simili, quæ nos scripsimus *supr. lib. 2. quæst. 1. num. 41. cum seqq. satis.*

Q V A E S T I O XLII.

Num. 7. ibi. Consulas, adde, addas etiam Rogerum in d. l. ex hac. nu. 105. cum seqq.

Q V A E S T I O XLIII.

Num. 1. ibi, nume. 5. in 3. adde, & D. Rogerius in d. l. ex hac, num. 103. cum seqq.

Q V A E S T I O XLIV.

Numer. 2. ibi, cum seqq. adde, 3. De materia supradictæ quæstionis latè disceptat *Rogerus in d. l. ex hac, num. 79. cum seqq. ipsius scripta lector perlegat.*

Q V A E S T I O XLV.

Num. 40. ibi, & hæc satis adde, latius autem de materia videndus *Caldas de iure emph. & præcipue lib. 2. q. 1. num. 33. vbi an huiusmodi verba enunciatiua sufficient ad nominationem emphyteuticam inducendam, elegantissimè disceptat.*

Q V A E S T I O XLVII.

Num. 4. ibi, & hæc satis, adde, addo *Cl. D. Martam, Voto suo Rotæ Pijanae 210. num. 2. vbi infinitos alios allegat.*

Q V A E S T I O XLIX.

Circa Summarium.

Num. 5. ibi, in antiquis, adde, quod declaratur num. 6. Circa textum.

Num. 5. lib. c. n. adde 6, Aduerte tamen, quod si sunt enunciatiua vnus tantum instrumenti aliàs celebrati, dominium ipsum per eadem minimè probatur, maximè in graue præiudicium alterius. Sic eleganter post alios *D. Farin. dec. sua 23. nouiter nouissima, p. 7. num. 3.*

Q V A E S T I O L.

Num. 1. ibi, n. 4. in 1. adiungas, adde, *Dom. Card. Seraph. decis. sua 554. nu. 1.*

Q V A E S T I O LV.

- 1 Ex verbis enunciatiuis in scripturis publicis, seu instrumentis an oriatur probatio. Quæritur.
- 2 Pro resolutione videndus *D. Constantius Rogerius in d. l. ex hac; ff. de donationib. numer. 83. cum seqq. vbi ex professo.*

Q V A E S T I O LVI.

- 1 In libris registorum, seu æstimi Ciuitatis, vel Communitatis, enunciatiuè sit sermo de rebus singulorum, & de consensibus rerum. An probent, pulchra est dubitatio.
- 2 Adeundus pro enodatione huiusce difficultatis *D. Constantius Rogerius in d. l. ex hac, nu. 95. cum seqq. vbi latè, sac locum tetigisse.*

LIBER TERTIVS.

Q V A E S T I O I.

Num. 1. in fine, ibi, de testamento milit. adde, & *Caldas de iure emphyt. lib. 2. q. 1. num. 43.*

Num. 5. ibi, resol. 2. num. 38. adde, Adnectendus quoque *D. Constantius Rogerius in d. l. ex hac, num. 45.*

Num. 28. ibi, de leg. 2. adde, aliter *Caldas loco inferius allegando, num. 39.*

Num. 30. ibi, non inducunt, adde, aliter *Caldas de iur. emphyt. lib. 2. q. 1. num. 38. vbi pulchrè.*

Num. 33. ibi, & ita iuro, adde, De materia supradictæ difficultatis videndus *D. Constantius Rogerius in d. l. ex hac, nu. 72. cum seqq. vbi latè.*

Num. 34. ibi, resol. 2. num. 44. adde, & *Rogerus, in d. l. ex hac, num. 61.*

Num,

Num. 41. ibi, commit. stipul. adde, amplia septimo, vt procedat etiam in materia poenali, & odiola, sic per *textum in d.l. ex hac scriptura*, docuit post alios *Caldas de iur. emph. lib. 2. q. 1. num. 62. quem omnino consulas. Amplia 8.* etiam si sint verba futuri temporis, pulchrè inter alios *Caldas d. q. 1. num. 68.*

Numero 42. ibi, resol. 2. num. 29. adde, & *Rogerus num. 58. cum seqq.*

Numero 44. ibi, pendeat, addas, addo *Rogerus num. 46. in fine.*

Num. 49. ibi, d. resol. 2. nu. 40. adde, item quando prolata essent per errorem, ad l. 1. in fine C. de fals. caus. adiect. leg. pulchrè *Roger. num. 72.*

Numero 53. ibi, 45. & 46. adde, & *Rogerus numer. 46. cum seqq.*

Intellectus varij ad l. ex hac scriptura, ff. de donat.

Num. 16. ibi, ergo, &c. adde, De supradicto intellectu, idest, circa reprobationem ipsius latè discurret *Rogerus in d.l. ex hac scriptura, a num. 1. vsque ad 6. inclusiue*, eius scripta perlegito.

Num. 18. ibi, intellectus adde, *Roger. num. 7.*

Num. 66. ibi, dico, quod, adde, non.

Dicto num. ibi, & hæc sufficiant, adde, De eiusdem legis intellectu, Videndus *Nicolaus Valla de reb. dub. pag. mihi 33. Caldas de iure emphyt. lib. 2. q. 1. numer. 44. vbi pulchre, & num. 45.*

Q V A E S T I O III.

Num. 1. ibi, in 6. adde, &

Num. eod. ibi, deducit, adde, addendus quoque *Caldas q. 1. inferius alleganda num. 67.*

Num. 3. ibi, C. de testam. milit. adde, Ampliatnr secundo supradicta conclusio, vt procedat etiam in vltimis voluntatibus. Sic per *textura in l. cum tale, §. fin. ff. de cond. & dem. l. ex facto, §. agitur, ff. de heredib. inst. & l. ex his verbis, C. de test. mil. docuit præcisè Caldas de iur. emph. lib. 2. quest. 1. num. 41. addo Constantium Rogerus in d. l. ex hac*

scriptura numer. 28. & 32. vbi pulchre.

Numero 13. ibi, mihi 98. addo *Rogerus in d. leg. ex hac num. 32.*

Num. 18. ibi, vide per eum, adde, addo *Rogerus num. 42. vbi latè.*

Num. 19. ibi, C. de probationibus, addas, addo *Rogerus num. 38. cum seq. vbi latissimè.*

Num. 26. in fine, ibi, vt per eum, adde 27. Aliam quoque limitationem deducit *D. Caldas de iure emph. lib. 2. q. 1. num. 78. vbi docet quod verba enunciativa etsi propter aliud proferantur, inducunt dispositionem, quando proferuntur per viam rationis. Adducit textum in l. si. §. 1. ff. de dol. excep. & latius vt per eum, quem omnino consulas.*

28. Alia quoque subicitur per *Rogerus in d. leg. ex hac, num. 33. vbi docet, quod dicta regula fallit fauore Reipublicæ, vide per eum.*

Q V A E S T I O V.

Num. 19. ibi, necessario, adde, Quam etiam sequutus est latissimè *D. Constantius Rogerus in d. leg. ex hac, num. 17. cum seqq.*

Q V A E S T I O VII.

Num. 2. in fine, ibi, explanatione, 90. adde, Adnectendus quoque *D. Gaspar Rodericus, de annuis redditibus, lib. 1. q. 15. num. 14. & D. Caldas de iur. emph. lib. 2. q. 1. nu. 77. vbi plures alios concordantes deducit. Adde Constantium Rogerus in d. l. ex hac num. 22.*

Num. 4. ibi, & alij, adde, addas *Roger. nu. 37.*

Num. 12. ibi, cum seq. adde. *Tiraq. de priuil. 86.*

Num. 38. ibi multis seq. adde. Videndus quoq; *D. Constantius Roger. in d. l. ex hac, num. 22.*

Q V A E S T I O VIII.

Num. 7. ibi loquitur, adde, Subamplia, vt maxime locum habeat in testamento ad pias causas, prout amplè docuit *Card. Tusc. concl. sua 116. num. 73. in littera T.*

F I N I S.

Huius de Scriptura priuata Tractatus D. Nicolai de Passeribus a Ianua I. C. Patauini liber sextus, cum additionibus ad alios quinque libros eiusdem materiae, necnon ad quemdam alium tractatum eiusdem Authoris de verbis enunciativis, reuisus, & approbatus fuit Venetijs, &c.

Ita est Fr. Io. Dominicus Vignutius Mag. General. Inquisit.

Corrigebat Doct. Huppertus Faber, Vbius, Agrippinas, Lector publicus apud Venetos & Corrector, annuente & simul approbante Clariss. viro Ioanne Sotomeno Iurium Consulto, rei Typographicae Praefecto optime merito.

hac
m.
nm
uo-
. q.
ster
ro-
t. ff.
las.
pac.
pu-

s est
17.

en-
lib.
77.
lan-

on-

lo-
aple

ini
on
us,

nd
So-

